


x Tabla 2a ~~4-2~~
6-4

* *Lucii Marinei Siculi de Regibus Aragonia*
libri quatuor.



Pandit Aragoniæ veterum primordia regum

Hoc opus: et forti prælia gesta manu.

Impressum Casarau-
guntæ apud Ge-
orgium Luc-
ci.

Joannis Sobrarj Alcagnicensis artium
et Medicine doctoris: Carmen in opus de
Geneologia Regum Aragonum editum.

In lucem redeunt omnes labentibus vmbis,
Eltiberi reges: digni: quos secula nulla
Dccultos habeant: sit quamuis inuida dextra
Temporis exhausti: quod cuncta absumere tentat,
Sed decorata nimis pululat: semperq; resurgit
Post mortem virtus: que sancta et clara sepulchris
Erigit heroes eterna ad secula: nunquam
Ignauo perpeffa duces squalore teneri:
Fortia qui inuicto gesserunt pectore bella:
Viceruntq; feros hostes terraq; marisq;
Los fida et solers octo modo cura virorum:
Quis regni comissus honor: nunc ordine longo
Extulit: et scriptis iussit celebrare latinis,
Elyfios quecunq; habitant: et amena vireta
Ilustres anime: post hac remeare sub auras
Dptabunt: tales liceat Dynastas habere:
Atq; virum: cui cura extet mandata: latino
Dmare eloquio: Siculus quod munus obiuit
Historia prestans Crispus: vel Linius alter:
Aut lingua princeps: et censu Tullius oris,



Serenissimo atqz catholico Hispaniarum: vtriusqz Sicilie
et Hierusalem Ferdinando Regi nostro semper Inuicto.

Cathæus Castillon prior dominici sepulchri in Aragonia:
Goffredus Constantinus canonicus Cesaraugustanus: Bon-
nus Ludouicus de Jtar comes de Belcith: Bonnus
Joannes de Alagon eques ordinis sancti Jacobi: Jo-
annes de Arries miles: Petrus de Ayerbe in-
fançonus: Hieronymus de Ribas doctor: Et
Ludouicus Barberanus ciuis: octo
viri deputati Regni tui Aragonum
obsequentissimi post manus
oscula sacre perpetuã optant
Felicitem.



Gestimauimus nostri esse officij maxime rex: et quo ma-
gistratus gerimus: ea cogitare et facere: que serenissime
tuę maiestati grata forent: nostramqz erga tuos anteces-
sores principes nostros p̄ferrent pietatem: et huic re-
gno utilitati essent et ornamento. Cum itaqz stirpem et
geneologiam regiam longo successionis ordine vsqz ad
serenissimi regis Joannis patris tui tēpora descriptam
et in modum cuiusdam arboris depictam in huius regni
archiuo publica patrum cura custoditaz reperissemus: eam elegantiori stilo per
Lucium Barneuz Siculum virum eloquentissimum publica quoqz impensa
in historiam redigi: vt in lucem edi posset: Illustrissimi domini Alfonsi de Ara-
gonia Cesaraugustani et Adontis regalis archiepiscopi: locumtenentis gene-
ralis filij tui consilio et auctoritate pie et officiose procurauimus. Neqz eni dece-
bat principum tantorum primordia: p̄clara facta: virtutēqz et fortunam sub cla-
uibz latere: que in imperatorum regumqz manibus versari: et in publicis repo-
ni bybliotecis: vt ab omnibus legerentur: et imitationez virtutum p̄berent: et
exempla digna essent. Ea igitur sacre tuę maiestati: pariter om̄es offerimus: vt
maiorum tuorum opus illustrissimo tuo fulgeat ac resplendeat nomine. Tuqz sis
excellētissime Rex sicuti regnorum ac virtutuz: Ita historie quoqz heres et au-
ctor maximus. Quaz cum legeris: gloriam: famaz: splendoremqz tuorum: quo-
rum laudes et res inlyte gestas tua singulari virtute longe superasti: facile nec
sine delectatione cognosces. Et immortalitez parentum egregijs facinoribus
partam et litterarum monumentis renouataz simul et nostri pignus obsequij et

Liber

obseruantie erga regiam tuam maiestatem tibi velut in lucido speculo cernere licebit. Vale felix et in eternum viue serenissime rex noster semper Auguste,

Lucius Barineus Siculus Reuerendo patri Atheo Castellon Priori sepulchri dominici Aragonie: Soffredo Constantino CesarAuguste canonico venerabili: Ludouico dno Fraris et comiti Belchitano viro egregio: Nobili Joanni Alagonio sancti Jacobi ordinis equiti: Joanni Arries militi: Petro Ayerbe Infansono: Hieronymo Ribas iureconsulto: Et Ludouico Barberao ciui CesarAuguste: Octo viris Aragonie regni deputatis, Salutem et felicitatem plurimam dicit.



Ones Aragonie reges et Barcinone principatus comites ab hinc anno septingentesimo nonagesimo tertio repetitos octo viri prestantissimi: vestris: vt par erat: voluntatibus obsecutus: eo: quo sibi successerunt: ordine: breuissimo filo connexos ad etatem vsq; nostram perduxit. Quorumquidem vnusquisq; magnam: et mihi non ingratam: ad historiam conficiendam rerum bene gestarum materias prebebat. Ego vero rerum omnium: sic enim vobis era satisfactorius: recisis mebris: capita dumtaxat et omnia veterum Aragonie regum stemmata suis producta lineis modico volumine complexus sum. Que et si multis sunt articulis mutilata: non tamen vobis deformia: sed pulchra satis: vt spero: videbuntur. Arbori namq; siluestri: quam mihi in hortos cultiores transferendam tradidistis: quamuis multos ramos inutiles et acerbioris fructus amputauim: alios tamen pulchriores inseruimus: maiores fructus ac mitiores allaturos. Hoc autem opus licet exiguum in quinque tamen libellos diuisimus. Habet enim varias historias: et plura rerum principia. Ad ea siquidem repetitio non solum de primis Aragonie regibus est: sed etiam separatim de Barcinone comitibus. Cuius principatus cum Aragonie regno coniunctio: mihi quidem tertij libri materiam prebuit. Quarto etiam libro Sicilie ad Aragonie domum felix narratur accessio. Quintus vero Ferdinandi fratris Henrici Castellae regis in Aragonie regno post mortem Bartholomei regis auunculi sui: qui sine liberis obiit: successorem continet. Interpolatam igitur arborem vestram in ramos quinque partitam: et in aliam formam commutatam recognoscite. Cuius fructus adhuc virides et immaturi si forte quid acerbis ob nimiam multorum legendi auaritate sapere videbuntur: erunt tamen: vt spero: bene degustati prioribus multo mitiores.

Lucij Marinei Siculi de primis Ara-
gonie regibus: et eorum rerum gesta-
rum perbreui narratiōe liber primus.



Aragonię gentis regniq; primordia: et regum seriem atq; res gestas vsq; ad tempora nostra summatum scripturus sum: vt et preteritorum domus Aragonię principuz memoria: longeq; successiones latinis prodite litteris in perpetuum conseruentur: et presentes atq; futuri sui generis ortum: et principatus inicia non ignorent. Ceterum priusq; de primis Aragonię regibus dicam: rem nō ingratam facturum video: si de prouincię huius: quę nūc Aragonia dicitur: nominibus per pauca retulero. Nam cum plures orbis terrarum scriptores vniuersam Hispaniam in quinq; prouincias diuiserunt: Tarraconensem scilicet: Gallatiam: Lusitaniam: Bethycam: et Carthaginensem: de hoc Aragonię nomine: quod ego legerim: non meminerunt. Quapropter a me diligenter peruestigatam huius nominis impositionem: quę quidem ratione nō caret: omittendam non putavi. Fuit hęc olim regio: quę nunc Aragonia dicitur: primū ab Ibero amne Iberia dicta. Beinde quoq; Celtiberia nomen accepit: a celtis Gallię populis: qui de suis finibus et patrijs sedib; expulsi cum ad Iberū amnē peruenissent: ibiq; consedissent: de suo nomine et Ibero amne Celtiberiaz prouinciam: et populos Celtiberos appellarunt. Quod et plures meminerunt scriptores: et poeta Lucanus ostendit dicens. Profugioq; a sede vetusta Gallo- rum Celte miscentes nomen Iberis. Quem Lucani locum cum mihi Romę Pomponius letus meus olim preceptor: qui nō immerito pater antiquitatis dicebatur: exponeret. Celtiberia inquit est Hispanię citerioris prouincia: quā nunc Aragoniam vocant Hispani. Qui cum hęc dixisset a me de causa et ratione nominis Aragonię consultus: hęc respondit. In quibusdam vetustissimis Greco- rum monumentis me legisse memini: q; cum Hercules in Hispaniam magno cū exercitu venisset: in ea iam perdomita multas et magnas vrbes: et multis in locis memorabiles pontes struxit: ac demuz in citeriori Hispania Cantabris: Vasconibus: et Celtiberis deuictis in victorię suę memoriam apud amnem: qui iuxta Pyreneos montes scaturiēs per multa loca et Marsiliam aliaq; Nauarę oppida defluens Ibero iungitur: rem diuinaz facturum: aram in ripa fluminis erexit: vbi cum rite sacrificasset: spectacula celebrauit: et Agonales ludos exercuit. A quibus et amnem: cui Madragada tunc erat nomen: Aragonium: et prouinciam: quę Iberia dicebatur: Aragoniam nominauit. Hęc satis de prouincię nominibus. Nunc ad Aragonię principatus originem redeo.

Antiqui Hispaniam in quinque Prouincias diuiserunt. Tarraconensem, Gallatiam, Lusitaniam, Bethycam, et Carthaginensem.

Aragonia ab Ibero flumine Iberia dicta, Celtiberia a Populis Gallię expulsi. Cum hi ad ripam peruenissent ibique sederent Populos Celtiberos appellarunt.

Arenales deuictis in Hispania cantabris et alijs gentibus, et populis, in memoriam celestium victoria apud amnem Madragada (hodie apud nostrum) rem diuinam fecit. Agonales ludos exercuit. A quibus et amnem Madragada, item Aragoniam, Regnum Aragonum nuncupavit.

Liber

Ramirus genere
gothus, primus
Aragonie Reg-
num habuit.




Amirus et Gothica gente procreatus primus Aragonie regni titu-
lis et honoribus insignitus perhibetur. Cuius rei causa nobis est al-
tius repetenda. Siquidem ante Ramirum hunc: de quo nunc loqui
mur: ex Gothorum familia complures Hispanie reges fuerant. Ab
Atharico enim: qui fuit Gothorum rex omnium primus: usque ad Rodorici tem-
pus: in quo Gothorum nomen defecit: quattuor et triginta fuisse compertum ha-
beo. Quorum nomina propterea nunc omitto: quoniam ea in libris de laudibus
Hispanie ordine recensui. Nam post Rodorici mortem quamvis depulsis mauris
et eodem genere et Castellae reges et Aragonie dicti fuere: Gothorum tamen no-
mine relicto. Sed ad institutum venio. Idibus igitur Nouembriis anno a partu
virginis, dcccviij. Rodorico rege totius Hispanie principatum tenente: Juliani
Cantabrie comitis dolis et insidijs: qui Rodoricum regem propter suam ab eo
adulteratam et vi compressam coniugem perdere cupiebat: ingens maurozum
exercitus ex Africa per calpes angustias in Hispaniam traiecit. Qui Rodorico
rege bello perempto: paucis annis Hispaniam fere totam occuparunt: quam te-
runt annos, cccxi. praeter quosdam Asturie populos: et Pyreneos montes. Quo
nonnulli Aragonie nobiles et Cesaraugustae ciuitatis equites tum suae salutis cau-
sa: tum etiam christiani: nominis et conseruandae fidei gratia se contulerant. Ubi
diu quasi latitantes natura et asperitate loci tuti continebantur. Hic homo vita
sanctissimus nomine Joannes in quadam spelunca propinqua rupi: quae Penya
vulgo dicebatur: ediculam sibi velut heremum struxerat: eamque sancto Joanni
baptistae dedicauerat: ibique solus vixit: et vitam finiuit. Ad hanc ediculam in mon-
tibus abditam Cesaraugustanus vir quidam genere nobilis et vita probus: cui
Uotus erat nomen: cum venationibus daret operam: ceruumque persequeretur:
deuenit. quam: sentibus et arbutis ense praecisis: ingressus est: et heremite corpus
quod insepultum apud altare iacebat: aspexit. Admiratus diu cogitabundus pro-
pius accessit: et litteras in lapide stilo ferreo sculptas in hanc sententiam perlegit.
Ego Joannes huius ediculae conditor: et primus habitator velut in heremo deo ser-
uire cupiens hanc ecclesiolaerexi: sanctoque Joanni baptistae consecraui. In qua
et vixi diutius: et nunc mortuus in domino requiesco. Hec cum legisset Uotus vir
christianissimus: multis perfusus lacrimis sepe deo gratias agens: heremite cor-
pus humo cooperuit: et Cesaraugustam reuersus bona sua vendidit omnia: easque
christianis pauperibus erogauit. Quod cum frater eius: qui Felix dicebatur: am-
maduertisset: idem fecit. Et uterque statim ad ediculam sese contulerunt: ubi con-
tinuo deo seruientes sanctissime vixerunt. Quorum consilijs christiani: qui ad eos
iam plures conuenerant: permoti: anno christiane salutis, dcccviij. Garsiam Xi-
menem ex stirpe Gothorum virum strenuum sibi regem contra mauros elegerunt.

Juliani comitis
Cantabrie doli
& insidijs Hispa-
nia a Gothorum
capto fuit.

Sanctus Joannes
vulgo de la Peña.

De Garfia Ximeno Suprarborum rege. Cui non Aragonie: sed Pyreneorum montium et Suprarborum regis nomen posuerunt. Qui mauris bellum primus intulit.



Garfias igitur Ximenes rex electus christianorum: licet paucorum viribus: erant enim numero sexcenti: christianę religionis amore vehementer accensus: mauros a Pyreneorum montium confinibus: et alijs propinquis locis armis depulit: et loca multa breui tēpore sue ditioni subegit. Qui deinde multis ad eum propter victorię famam conuenientibus: magnā quoq; Nauarre prouincię partem: fugatis mauris: christianis restituit. Postremo: mortuis Etoro et Felice fratribus viris admodū sanctis: et reuerenter consepultis: in honorem sancti Joannis ecclesiā: quaz supra demonstrauius: ampliavit: ibiq; vita defunctus anno domini. dclxviij. sepelitur: filio Garfias Ennico superstitite. In vexillis autē et insignibus arborem viridem gerebat: et super eam crucem rubrā in croceo campo.



Garfias Ximenes. (post Ramirum) communi consilio a christianis Rex electus fuit; qui primus potest numerari. Ecclesiam Saincti Joannis de la Pena; monasterio Voto; et Felice fratribus; ampliavit. Ibi vita defunctus sepelitur.

De Garfia Ennico: rege secundo.

Garfias Ennicus post mortem patris nō minus christianę religionis cultor: q̄ acer et strenuus in armis mauros christiani nominis hostes infestissimos persequens Pompilonem primariam Nauarre ciuitatem: multaq; oppida breui spacio temporis ab hostium seuiicia liberauit: et ad christi cultum reduxit. Sub idem tempus vir quidam: res mirabiles expertus: et in armorū certaminibus fortis: cui Asnar erat nomen: cum christianis quibusdam viris preclaris: et tuende christianę fidei per cupidis: Aragonium flumen traiciens castella et oppida multa: Jaccamq; ciuitatez: que a loci situ nomen accepit: propterea quod in montiū conuallibus iacet: ad christianaz fidem reuocauit. His rebus gestis: quoniam primus Aragonium flumen transierat: Aragonię prouincię comes appellatus est. Cuius titulis insignitus diebus paucis e vita discessit. Reliquit autem filius nomine Galindum. Item deinde mortuus est Garfias Ennicus superstitite filio Fortunio.

Garfias Ennicus Rex secundus vir strenuissimus. Pompilonem liberavit. Jaccam Ciuitatem, et multa alia loca recepit. Comes Aragonie appellatus fuit eo quod flumen Aragonium transierat.

Liber
De Fortunio Barsie filio: rege tertio.

Fortunius.



Fortunius autem mortuo patre Galindi comitis Aragonie filiam duxit uxorem: et ratione conjugij comitatus Aragonie titulos accepit: et ex uxore filium Santium Barsiam pro genuit: Quem successorem et heredem sibi reliquit moriens

anno, dcccxy.

De Santio Barsia: rege quarto.

Santi⁹ barsia



Santius Barsias: Fortunio patri defuncto succedens exercitu comparato mauros acriter inuadit. Quos a Suprabri et Ripagorcie: sic enim loca quedam vocantur Hispanie: regionibus depulit: et sibi totam fere Nauarre provinciam subiecit. Ubi cum mauris prelium committens hostium multitudine circumuentus: alioquin fortissime pugnans: occiditur. Quo mortuo sine prole: mauri Nauarram rursus occuparunt: eamque tenuerunt usque ad Caroli magni imperatoris aduentum. Qui fuit anno a christi natali, dcccc. Nam Carolus imperator cum duodecim ducibus: quos pares appellant: in Hispaniam per montes Pyreneos ingressus aduersus mauros bella gessit asperrima. Quos a Nauarra et Aragonia fere tota profligauit. Quibus rebus gestis Carolus Hispaniam quasi tutam relinquens in Galliam reuersus est: et Aragones Ennicum cui Arista cognomen erat: ex Gothica gente: vel ut alij volunt ex comitatu Bigorre: sibi regem delegerunt.

Ennicus Arista.

De Ennico cognomento Arista: rege quinto.



Enno igitur, dcccxij. Carolo in Galliam reuerso: Ennicus Arista rex electus vir et manu proptus: et in armorum certaminibus ardens: unde cognomen accepit: quippe qui non aliter visis hostibus ardebat: quaz in igne vritur Arista: ex montibus Pyreneis cum exercitu descendens maurozum magnas copias deleuit: et victor in Nauarram peruenit: ubi princeps a Nauarris et Aragonibus eligitur: propositis tamen nonnullis conditionibus: ut in eos equis legibus vteretur. A quibus etiam iudex: qui medius inter

Fortunius Rex. beatissimus, duxit uxorem filiam Galindi Comitis Aragonie, et ratione conjugij Comes appellatus fuit. Pro genuit sibi successorem Santium Barsiam. Vita decessit a. 815.

Santius Barsias Rex quartus. et Mauris a Ribagorcia et alijs locis expulsi. Navarram conquisiuit. Decennio sine prole. Quam circumuentum ab hostibus occiderunt. Rursum Navarram occuparunt usque ad tempus Caroli Imperatoris, que eos profligauit.

Ennico e Arista rex quintus. et manu proptus. et in armorum certaminibus ardens. unde cognomen accepit. quippe qui non aliter visis hostibus ardebat.

Ennicus Rex Aragonie, et Nauarre. propositis conditionibus ut in eos vteretur legibus equis, et quidam illi iusticia ma- ut vocaretur

Linea


Barthas Ennecus.



Regum

Aragonum.

eos esset: petebatur: et Aragonie iusticia vocaretur. His concessis con-
dicionibus: cogitans quibus signis et armis utere-
tur: ei diuinitus reuelatum est: ut vbi in aere crucem
videret: illic consisteret. Quod vbiq; diligenter obser-
uans: cum esset in planicie quadam: que iacet inter
Suprarbros et Pyreneos montes: in aere crucem
candidam suspexit. Cuius figura signoq; in vexillis
et signibus vti perseuerauit. Tandem moriens Bar-
thas Ennecum filium reliquit.



Signum in Caelo
ab eo visum.

De Barthas Eniego: rege sexto.

Barthas Ennecus vir
non minus armis strenuus: quam vita et moribus integer. Qui
uxorem duxit Urracam feminam virtutibus et genere no-
bilissimam. Cum qua grauida et partui iam vicina per Ma-
uarre montes et aspera loca parum cautus exercitum ducens: hostibus
occurrit: et commisso prelio: quod vitare non potuit: occisus est: et cum eo
simul uxor in utero lancea grauiter vulnerata inter fugiendum quasi mor-
tua concidit in valle montis cuiusdam: qui dicitur Auar. Ad quem lo-
cum: mauris abeuntibus et iam longe digressis: homo quidam nobilis:
cui Guuara cognomen erat: peruenit. Et Urracam cognoscens: que
tunc egerat animam: dum eam perfusus lachrimis intueretur: infans
manum per vulnus extulit. Proh quantum natura potest: Conaba-
tur enim infantulus ex utero matris morientis exire. Quod cum ani-
ma aduertisset Guuara statim ceso ventre mulieris eduxit infantem: et
pannis inuolutum domum suam propere detulit. Quem patris et te-
stibus adhibitis: ut probare posset in posterum: baptismatis lauacro mo-
re christiane religionis Santium Guarcesium nominauit: et uxori sue
tradidit: ut clam et diligenter aleret. Qui iam puer factus et adultus:
ne forte cognosceretur aulini prudentia: crassioribus pannis indutus
etiam peronibus pro calceis utebatur: quod calciamenti genus ex corio
crudo auarcas Hispani vocant. Ceterum post aliquot annos cum Ara-
gones ad eligendum principem Jaccam conuenissent: illic adolescens
annos natus circiter quindecim cum equite: qui eum clam nutruerat
veluti pastoris filius vilissimis tectis indumentis et peronatus adduci-
tur. Qui probationibus et argumentis euidentibus admissis recogni-
tus est et princeps electus. Et a peronibus: quos: ut supra diximus: Hi-
spani auarcas appellant: Auarca cognomen accepit. Eques autem: a
quo clam fuerat educatus: Latio cognominatus est. Quod nomen et
hominum genus in hispania nostris quoque temporibus extat non ignobile.

Enneco Arista
Rex VI. Urracam
feminam nobilissimam duxit.
Exercitum ducens
parum cautus per
aspera loca ab his
tribus occisus est.
Regina que cum
eo simul ducebatur
grauida inter
fugendum lancea
grauius in utero
vulnerata, illius
in abeuntibus
et digressis, homo
nobilis Guuara
nomine infantem
ceso ventre
vulnus
post aliquot annos
Rex electus fuit.
a peronibus qui
vtebatur Au-
varca nomina-
tus est. Queoan
cognominatus est
Latio, eo quod
infantem sustulit.
Cognomen
in hispania
vtilissimum.

Liber
De Sanctio Barcesio: cogno-
mento Auarca: rege septimo.



Sancti⁹ Bar
cesi⁹ Auarca.



Urraca vxor
Alfonsi: Re-
gis Legionis.



Santia vxor
Remiri Re-
gis Castellae.



Mariana vxor
Ordonis re-
gis Legionis.



Blasquita
vxor Nunijs
co. de bisca.



Zilia

regis Aragonum.

Barcias san-
tius tremul⁹.



Querum Sanctius Barcesius Auarca: titulo principatus accepto: vxore duxit prestantissimam nomine Lodam. Ex qua filium suscepit Barsiam Santium: qui etiam Tremulus dicebatur: de quo dicemus inferius. Progeniuit preter ea filias quatuor. Urracam: que nupsit Alfonso regi Legionis. Santiam: que Remiro Castellae. Mariana: que Ordonio Legionis. Blasquitam: que Hugno comiti Cantabrie. Res autem gessit armatus admirabiles: siquidem mauris victis ac depulsis a Cantabris et Pyreneorum montium finibus ad Nageram usque peruenit. Per multis itaque rebus preclare sancteque gestis: moriens filium Barsiam Santium reliquit heredem. Vixit autem annis sex et quinquaginta. cuius corpus iacet in ecclesia sancti Joannis a Pegna cognominata.

De Barsia Sanctio: rege octauo:
qui Tremulus cognominatus est.



Barsias autem Sanctius Tremulus cognomen habuit: propterea quod cum bella futura sentiebat tremore quodam afficiebatur: tam etsi in prelio fortis erat et intrepidus. Ille siquidem tremor et prudentie signum erat et fortitudinis. Ideoque cum esset et fortis et cautus: hostes sepius debellauit. Annos enim octo et viginti: tot nuncius tenuit principatum: magnas sibi deuictis mauris gloriam comparauit. Qui nunc iacet sepultus in ecclesia predicta: cui successit filius nomine Sanctius maior: Hispanie totius imperator.

Sanctius Barcesius Auarca. Rex VII. Principato accepto duxit vxorem nomine Lodam. Filium ex ea habuit Barsiam Santium nominauit. Quatuor filias Remiro Mauros a Pyreneis montibus expulso. Facti utaq; preclare sancteque multis rebus uide decessit. Vixit an. LXV. Corpus eius in ecclesia sancti Joannis de la Peña sepelitur fuit

Barsias Sanctius Rex VIII. Tremulus cognomen habuit, quod afficiebatur a tremore cum bella futura sentiebat, licet fortis erat. Mauros sepius debellauit. Regnauit an. LVIII. habuit filium nomine Sanctium Maiores qui fuit totius Hispanie Imperator.

De Santio cognomento Maio-
re. Qui fuit Hispanie imperator.

Santius
Maioz.



Itē Santius ma-
ior non immeri-
to fuit impera-
tor Hispanie to-
tius appellatus. Nam totā
fere deuictis hostib⁹ Hispani-
am christiano nomini res-
tituit. Siquidem mauros
omnes a Nauarre: Arago-

Linca
Regum
Aragonum.

nie: Castelle: Legionis: Portugallie: Cantabrie: et Gasconū finibus
exterminauit. Fuit præterea non minus iusticia clarus: q̄ bello fortis.
Uxorem duxit Eluiram feminā nobilissimam: cuius erat castrū Auias-
ris. Ex qua filius progenuit nomine Ramirum: qui: vt ante diximus:
et paulo post clarius declarabimus: fuit rex Aragonie primus. Cete-
rum Eluira defuncta Santius aliam duxit uxorem Castelle comitis fi-
liam: que Maioz dicebatur. De qua tres illi filij nati fuere: Garsias:
Ferdinādus: et Santius: e quibus Garsias maior natus apud
imperatores adulterij crimine falso detulit. Propterea quod cū illi ma-
ter ex imperatoris monitu et equorum præfetti consilio equum quendā im-
peratori charissimū commodare nolisset: vt est hominū improbitas: cō-
finit iniquus filius infontem matrem cum eo: qui equorum curam gere-
bat: se coniunxisse. Nec destitit ire facibus accensus ob equi sibi vsus de-
negatum matrem suam in summū discrimen adducere. Nam cū hoc im-
perator audisset vehementer dolens uxorem statim captā diligenter cu-
stodiri iussit: et omnium nobilium atq; doctorum conuocato concilio: in
eam statuit: vt igni cremaretur: nisi quis eā aduersus accusatores filios
vel armis vel legibus defenderet. Ceterum cum neq; legibus quisquā:
neq; armorum certamine contēdere contra filios imperatoris auderet:
solus tandem Ramirus imperatricis priuignus vltro duellum fratri-
bus obtulit. Verum enimvero dum parantur arma: dum causē disputā-
tur: vir quidam christi sacerdos et moribus admodū sanctus: Garsiam
et fratres eius imperatoris filios adiuit: eosq; sanctissime cōmonuit: vt
summū periculum: quod eis imminebat: euitarent. Siquidem neq; feli-
citer: neq; diutius filios victuros esse dicebat: qui matris innocentiam
tanta immanitate perdere: summoq; dedecore nomen imperatricis de-
formare studuissent. Qui præterea patri: pro cuius vita sanguinez pro-
fundere debebant: tantū doloris attulissent: qui demū totius Hispanie

principatus: qui vit nuper expulsis hostibus quieuerat: rursus perturbassent. His rationibus et multis exemplis filiorum: qui parentibus inobedientes ante diem miserandam vitam finuerant: adductis: eos adeo commouit: ut confestim se falso matrem criminis accusasse dixerint: nec ob aliam causam: nisi quod eis mater equum denegauerat. Penitentia igitur ducti tanti sceleris errorem deflentes ad imperatorem venerunt veniam deprecantes. Quibus imperator ignoscere noluit: nisi prius a matre remissionem impetraret: atque si mater suum ius exequi vellet sese idem supplicium de filiis sumpturum esse respondit: quod uxori iubente lege statuerat. Mater autem cum multorum nobilium virorum supplicationibus: tum vero precibus illius religiosi: qui principes monuerat: et ad penitentiam adduxerat: et amore materno iam commota: suis filiis pene matricidis hac conditione veniam et vitam concessit: ut ei Ramirus priuignus: cuius admirabilem virtutes perspexerat: in Aragonie regno succederet. Quem praeterea cunctis assentientibus et etiam filiis cum sepe benedixisset sibi filium et heredem legitimum adoptauit. Tum demum omnium consensu ab imperatore cum uxore statutum est: ut Barsias in Nauarra: Ferdinandus Castelle: Santius: quem nonnulli Bonsaluum nominarunt: in Vasconia: et Ramirus in Aragonie regno succederet. His rebus ita gestis et institutis imperator paucis annis a vita discessit anno millesimo decimo octauo: qui fuit Hispanie fere totius imperator annos quattuor et quinquaginta. Cuius corpus sepultum iacet apud Astures in ecclesia sancti Saluatoris Quietane civitatis. Imperatrix item paulo post diem suum clausit: et in ecclesia sancti Joannis a Pegna eius extat sepulchrum.

De Ramiro Aragonie rege primo.



Hispanie regnorum partitionem supra demonstrauimus: quem admodum scilicet Barsie Nauarra: Ferdinando Castella: Santio Vasconia: quam Suprarbrum alij vocant: et Ramiro Aragonia contigit. A quibus ad hoc usque tempus cuiusque provincie reges ordine descendunt. Ceterum nunc Castelle et aliarum huius



spanie prouiciarum successores: quas alio loco scripsimus: relinquentes Aragonum duntaxat regum series proficimur. Ramirus igitur mortuo patre regis Aragonie nomen: quod eo uiuente recusauerat: accepit. Uxoremque duxit Ibermissandam: que alio nomine Silbiga dicebatur: Armeniacis et Bigorre comitis filia. De qua filios duos habuit: Santium: et Gonsaluum. Habuit et filias totidem: quarum altera nomine Tiresia nupsit comiti Prouicie: Altera: cui Sancia nomen erat: comiti Tolosano. Letex Ramiri tempore Santii frater eius Suprarborum rex occisus est a quodam Vascone nomine Tomario: quo mortuo sine liberis: omnes populi Suprarborum principatus: Ramiro regi sese dederunt: qui bellorum inter fratres causa fuerunt. In quibus Ramirus a Ferdinando Santii sui fratris filio: qui mortuo patre in Castelle regno successerat: occisus est. Qui reliquit heredem filium Santium. Nam Gonsalvus alius eius filius minor natus Iaccensis erat episcopus. Reliquit preterea filium spurium nomine Santium: cui Auarium et alia oppida cum suis confinibus et comitis titulum dederat. Vixit autem rex Ramirus post assumptum Aragonie regnum annos. xlvj. Obijt anno. M. lxxij. Qui iacet cum uxore sua in ecclesia predicta sancti Joannis.

Santius. ij.
rex aragonie

De Santio Aragonie rege secundo.



Accessit autem Ramiro mortuo Santius filius admodum adolescens: erat enim annorum. xvij. Qui Feliciam duxit uxorem: ex qua tres filios progenuit: Petrum: Alfonso: et Ramirus: qui fuit a patre religioni sancti Petri: que Tomaris cognoscitur: destinatus. Santius autem regno suscepto: multis magnisque corporis et animi virtutibus feruens armis accinctus aduersus mauros magna prelia gessit. De quibus multas consequutus victorias oppida multa recuperauit: multaque condidit. Stellam scilicet: Lunam: Ayerbe: et alia permissa. Fugatis etiam mauritanis hostibus ex Almeria sancti Andalexii corpus ad ecclesiam sancti Joannis a Pegna transtulit. Qui sanctus Andalexii diuini Jacobi discipulus fuerat: et unus de primis: quos in Hispania sanctus Jacobus ad christi cultum et fidei conuerterat: fuerat etiam episcopus dicte ciuitatis Almerie. Mauros preterea cum alijs in locis: tum vero apud CesarAugustam et Tutelam magnis affecit cladibus. Uicit etiam Rodoricum uiarium alcidem: qui Lid ruidiez vulgo dicebatur: virum alioqui sui temporis fortissimum omnium Hispanorum. Quem rex Santius acriter armis persequebatur: propterea quod cum Ferdinando Castelle rege contra Ramirum patrem suum bellum gesserat: quo bello Ramirus occubuit. Cuius demum virtus admirabilis apparuit: cum Alfonso fratri patrueli Castelle regi: cuius antea preces



Accessit autem Ramiro mortuo Santius filius admodum adolescens: erat enim annorum. xvij. Qui Feliciam duxit uxorem: ex qua tres filios progenuit: Petrum: Alfonso: et Ramirus: qui fuit a patre religioni sancti Petri: que Tomaris cognoscitur: destinatus. Santius autem regno suscepto: multis magnisque corporis et animi virtutibus feruens armis accinctus aduersus mauros magna prelia gessit. De quibus multas consequutus victorias oppida multa recuperauit: multaque condidit. Stellam scilicet: Lunam: Ayerbe: et alia permissa. Fugatis etiam mauritanis hostibus ex Almeria sancti Andalexii corpus ad ecclesiam sancti Joannis a Pegna transtulit. Qui sanctus Andalexii diuini Jacobi discipulus fuerat: et unus de primis: quos in Hispania sanctus Jacobus ad christi cultum et fidei conuerterat: fuerat etiam episcopus dicte ciuitatis Almerie. Mauros preterea cum alijs in locis: tum vero apud CesarAugustam et Tutelam magnis affecit cladibus. Uicit etiam Rodoricum uiarium alcidem: qui Lid ruidiez vulgo dicebatur: virum alioqui sui temporis fortissimum omnium Hispanorum. Quem rex Santius acriter armis persequebatur: propterea quod cum Ferdinando Castelle rege contra Ramirum patrem suum bellum gesserat: quo bello Ramirus occubuit. Cuius demum virtus admirabilis apparuit: cum Alfonso fratri patrueli Castelle regi: cuius antea preces


Ferdināduz prelio vicerat: obfesso Toleti a mauris ob amorē: quez ma-
ximū erga fidē xp̄ianaz habebat: iniuriā de morte patris oblit⁹ subueni-
re nō distulit. Deide bellū quoqz gessit cū Barsia patruo rege Mauar-
re: quē vicit ⁊ occidit: ⁊ a Mauarre totū pplis rex appellat⁹ est iuratusqz
Dscā ciuitatē: quā mauri tributū quot annis pendētes possidebāt: obli-
diōe ciuit. In cui⁹ oppugnatiōe sagitta percussus paucis dieb⁹ occidit.
Obijt anno sui p̄cipat⁹. xlv. Cui⁹ corp⁹ primū iacuit in ecclia Castri
mōtis aragonū: ⁊ deide i monasteriū scti Joānis a pegna trāslatū fuit.



Petrus .iii.
rex aragonie



De Petro Santij filio Aragonie rege tertio.



Petrus Santij fili⁹ p̄re adhuc
viuēte Ripagorie et Adōriso
niē regis nomē accepit. Ador
tuo vero p̄re rex Aragonū con-
festi fuit apellat⁹. Qui post mortē p̄ris du-
cibus cū exercitu p̄missis Dscam ciuitatē
proficiscitur: et prope ciuitatē muros castra
posuit. Ad quez venit ex mōtib⁹ Pyreneis
Fortuni⁹ Licana: qui fuerat a Santio re-
ge foris hostis iudicat⁹: mortiqz destinatus. Hic Fortuni⁹ Petri regis
grāz demereri cupiēs: quē sciebat bellū mauris Dscitanis illaturū: secū
trecentos pedites Gasconie gētis clauis ferreis armatos adduxit. A qui-
bus acerrime pugnātib⁹ mauri armorū nouitate et viroz aspectu deter-
riti: victi statim ceciderūt. Quoz multis interfectis Petri⁹ rex victor ciui-
tates ingressus Fortunū Gasconū duces: a clauis: quib⁹ armatos Ga-
scones adduxerat: que vulgo mace dicūtur: a Adāca cognoiauit: nā an-
tea: vt supra dictū est: Fortuni⁹ Licana dicebat. Quidā vero scripserūt
hoc preliū acre diuqz anceps fuisse: et victoria in neutrā partē declinā-
te: magnū quēdam ac mirabilē equitez apparuisse repēte: protectū candi-
dis armis: et in medio pectore flāmeaz crucem gerentē. Quo viso stre-
nueqz pro xp̄ianis pugnāte: mauri victi: terga verterūt. Quozū multis
occisis: et reliquis fugiētibus: duz xp̄iani p̄edas et spolia colligūt: mau-
roz quattuor abscissa capita: multis ⁊ preciosis orna-
ta gēmis ⁊ p̄cipuis armis inuenerūt exulta. Qua
propter victor Petrus christianoz rex mauros illos
aut primarios viros: aut reges fuisse ratus: insigni-
bus et armis suis adiūxit rubrā et flāmeaz crucem in
albo clipeo cū mauroz capitibus quattuor: et in me-
moriā visi equitis: et in signū victorie sue. Ceterum
Dscā ciuitate a christianis capta: mauroz rex Adal



moçaben ex Cesaraugusta cum maximis copijs veniens: in loco Disce
 ciuitati propinquo: qui Alcarras vulgo dicitur: castra posuit. Quod rex
 Petrus prospiciens suas copias in aciem adduxit: et instructis ordini-
 bus mauris: si configere vellent: signū dedit. Ad auri autē nihil signo
 responderūt: et paulopost christianis ad eos accedētib⁹: relictis castris:
 se fugę mandarūt. Ex quibus fugiētibus christiani multos occiderūt:
 multosq; captos adduxere. Captus etiā fuit Gasias frater regis Ca-
 stelle cū multis alijs christianis: qui contra regē Petrum mauris auxi-
 lio venerant. Quorū multis interfectis: Gasiam seruauit incolumen:
 et captū secum perduxit. Habuit autē Petrus vxores Agnetē: quę Pe-
 trum peperit vnicū filium: et alterā filiam nomine Hisabellā: quę simul
 cum fratre teneris annis et ante patris mortē vitaz finiuit. Nam Pe-
 trus rex post obitus liberorum vixit annos octo: qui discessit a vita tertio
 kalēdas Octobris Anno domini. AD. c. viij. et etatis suę. xxxv. Hic rex
 impetrauit ab Urbano secūdo Romano summo pontifice prunicias:
 decimas ⁊ omnia beneficia iuris patronatus: quęquidē sacerdotia gen-
 tilicia latine vocātur: Omnium ecclesiarum ⁊ ciuitatū: a quibus infideles
 hostes eiecerat: vt ipse ac sui successores in perpetuū sacerdotia quibus
 vellēt conferre possent: exceptis episcopatibus. Pro quibus beneficijs
 Urbanus pontifex illi sequentem bullam concessit.



Urbanus episcopus seruus seruorū dei Petro charissimo
 in xp̄o filio Hispaniarū regi excellentissimo eiusq; successo-
 ribus rite substituendis in perpetuum. Tuę dilectissime fi-
 li deuotiōis affectū per venerabilez fratrem nostrum Ayme-
 ricum Pinaten. monasterij abbatē acceptis litteris circa sacro sanctā
 Romanam ecclesiā agnituz: leticia haud modica meus exilaratus est
 animus: sed vt verū fatear eisdē perlectis: irę perturbationisq; nimie co-
 motionis inuitatus: nec immerito: ex earū namq; inicio dilectionis et
 reuerētię: quaz erga sanctā Romanam ecclesiā semper habuisti et ha-
 bes magnitudinē cognoui: quātumq; in ea confidas: quā deuote ⁊ fide-
 liter anime tuę saluationē ei⁹ oratiōibus comittas: aduertit. ex fine vero
 earūdem tantaz rerū conieci abusionē: quę menti meę longe a statu suo
 dimotē maiorē quaz credi possit immitteret stuporē: te scilicet pro bono-
 rū numerositate: malozū multiplicitatez perferre et perturbata prospe-
 ritate tribulationū in innocentiaz tuā cateruas: vnde auxilia ⁊ consilia
 p̄cipue p̄cedere deberēt: irruere. Siquidē cū inter modernos regnoz
 rectores quorū plerosq; animarū suaruz negligētes vel penitus oblitos
 vtpote ab omī equitatis itinere deuios plana via ad mortē inducētis si
 qui ingemiscimus te fere solū diuino afflatu spiritu angustias ad vitaz
 ducentis elegisse videamus cum iusticię rigore constāter insistere eccle-

Z mea

Regum

Zragonum.



siarum tranquillitati et pauci studiose inuigilare Pupillorum et orphanorum defensionem ingentes operam dare. Paganę genti depressioni et coarctationi: christianę vero exaltationi et amplificationi cū summa incessanter strēnuitate insudare. Et vt breuiter concludam cū totius mali propulsione: totiusq; boni exercitijs efficaciter incūbere gaudeamus: Ipsi tamen qui ex tam preciosorum fructuū gustu vicinam agnoscētes arbozem: officiosius venerari ac excolere deberent tui scilicet regni antistites quibus pro assidua experientia tantorum meritorum tuę specialius venerationi: tuisq; obsequijs esset insistendum: in te vt p̄tatararum litterarum pandet series insurgunt. Et quia humili christo conformatum patientię clipeum velle abijcere videntur: tanquaz erectis contra te calcaneis tuam deprimere et contundere mansuetudinez non erubescunt. Veruntamen. &c.



De Alfonso: qui Petro fratri successit Aragonie rege quarto.



Dionias Petrus: vt supra demonstrauimus: nullos reliquit filios: ei successit frater eius Alfonso. Cui nupsit Erraca Alfonsi Castellę regis filia. Cuius nuptijs et coniugio Castellę quoq; regnum tenuit. Et principatibus regnisq; coniunctis imperatoris nomen accepit. Qui copijs auctis et magnis exercitibus comparatis: mauros a Cesaraugusta: a Tutela: a Barocca: a Bilbili: quas nunc Calataiubium Hispani vocant: a Tyrasona: a Burgia: et multis alijs oppidis et ciuitatibus eiecit. Edificauit etiā plura: et in primis burgum Pompilonis: Soziā: quam deuictis Numantinis Scipio deleuerat: nomenq; mutauit: nam prius Numantia dicebatur. Condidit et Almaganū: Berlangam: et Bilforatum. Erat enim rex magnanimus et bellicosus. Tam etsi fuit in rebus diuinis: et cultu christianę religionis negligentior. Utpote qui sepius equos in sacris locis et ecclesijs velut in stabulis habebat. Ideoq; cum Fragā oppugnaret: vt multorum fertur opinio: dei iudicio repente concidit. Ubi sicut asserūt quidam: neq; mortuus neq; uiuus apparuit. Tam etsi nō desunt: qui dicant eum repertum: et in monasterio montis Aragonum sepultum fuisse. Qui tunc Castellę regnum comiti Tolosano suo priuigno restituerat. Erraca siquidem Tolosę comiti antea nupsit de quo filium habebat cum Alfonso regi se cōiunxit. Perijt autem sine liberis anno. **AD. cxxvi.**

De Ramiro monacho Aragonie rege quinto:

Ramirus.



Zinea

Regum

Aragonum.

Rabnes Aragonie Nauarregz nobiles Petro rege sine liberis et proprijs heredibus mortuo: decreando rege conuocato concilio singuli sententias dicere ceperunt. Et cum alij alia: prout erat animi cuiusqz desideriu: protulissent: in hac demuz sententiam venerunt: vt Petrum quedaz: cui Ateres cognome erat dominu Borie ciuitatis reges haberent. Ad quem magis Aragonie regnuz spectare videbatur. Ad huc autem legati missi nomine totius tam Nauarre qz Aragonie regni cuz venissent: eius mores et arrogantiaz admirati: qui venientibus legatis: quibus obuiam exire de more debuisset: domus ianuas cluserat: magis indignantes ad concilium reuersi: verba hec dixerunt. Non expedit nobis proceres eum habere regem: qui cuz rex non esset: inflatus ambitione nos temere contempsit. Et qui non modo nobis obuius non occurrit: sed ne nos admisit quidem: propterea quod esset magnis occupatus negocijs: vt ianitores eius aiebant: qui nos edes iaz ingressos: ac si hostes essemus: inmanissime repulerunt. Quidam tamen dicunt euz legatis accedentibus non negocijs occupatu: sed cu tonsore fuisse. Hac igitur iniuria proceres et illius superbia commoti: Ramirum regis Petri fratrem: Regem deligere statuerunt. Qui iam diu in Gallia religioni sancti Benedicti seruebat: in monasterio: quod dicitur sancti Pontij de Tomerijs. Impetrata igitur a summo pontifice facultate: Ramiro quem ex Gallia nuper adduxerat: Aragonie regnum detulerunt. Qui vbi regni curas suscepit: Pompilonem profectus a Barsia Ramiro regnuz Nauarre: quod iniuste possidebat: repetiuit. Nec illo restituente: contra Nauarros Aragones bellaqz contendere ceperunt. Erat autem Barsias Ramirus filius Barsie regis Nauarre: quem Ferdinandus rex Castellae frater eius occiderat. Qui post necem patris metuens: ne et ipse occideretur a patruo Ferdinando: Valentiam se receperat: vbi tutius esse posset. Quem Nauarre nobiles hinc per legatos accitum regem elegerunt: propterea quod Aragones sine Nauarroz consilio et auctoritate sibi Ramirum monachus delegerant. Ceterum bellis acris accensis inter Nauarros et Aragones: cum mauris belligerendi contra christianos optata dare occasio: Nauarre nobiles et Aragonie: quo malis maioribus occurrerent: egerunt cum utroqz rege: vt eoruz controuersia totaqz causa regni Nauarre sex optimis viris et prudentissimis committeretur. Fuerunt itaqz iudices electi ex Aragonibus. Petrus Laxalis: Ferrerius Hoscetanus: et Petrus Ateres. Pro Nauarris vero quidaz nomine Latronius: Guillelmus Asnar Bretanus: et Timeneus Asnar cognomento Cortes: vel vt alij dicunt Torres. Qui simul rem

et causam tanti ponderis diu pensitantes huiusmodi tandē sententiam protulerunt. Et Ramirus rex Aragonum: Nauarre populis omnibus imperaret: et Barsias magister equitum diceretur et ius in nobiles haberet. Cui Ramirus eorundem sex viroꝝ precibus adductus quorūdam oppidorum vsū dominiumq; concessit. Quę tamen oppida post Barsie mortē Ramiro regi vel eius successoribus restituerentur. Quę vero fuerint ea oppida postea declarabimus. Erat autē Ramirus moribus et vita sanctissimus. Qui postea quas religionem fuerat ingressus sibi plures episcopatus et amplissimas dignitates oblatas recusauerat. Neq; regni quidem curam sponte suscepit: sed esflagitantibus populis: et hortatione summi pontificis: ne: si ipse regnum negligeret: super eius possessiones noua et intestina bella consurgerēt. Quopropter Ramirus et regnum suscepit et comiti Pertei filiam duxit vxorem. Ex qua filiam progenit nomine Petronilla: quas Raimundo Berengario Barcinonensi comiti matrimonio coniunxit: et Aragonie regnum donauit. Cuius rei hoc extat instrumentum: de quo nihil mutans ad verbum ponere satius duxi.

Ego Ramirus Santi regis filius rex Aragonensium dono tibi Raimundo comiti Barcinonensi cuius filia mea meum regnum Aragonis ab integro totum sicut diuisit ipse Santi rex maior: auus patris mei: et sicut diuisi ego cum rege Nauarorum Barsia Remirez in Pampilona. Excepto illas tenencias quas dedit Santi rex supradictus regi Ramiro auo meo in Nauarra. Ex parte de Castella dono tibi de Fariza vsq; Ferrera de Ferrera vsq; Tarragona de Tarragona vsq; Tutelam villas et castella. Tutelam vero adquisiuit et cepit frater meus rex Aldefonsus. Et dedit eas comiti de Berges: pro honore ipse autem dedit eam Barsie Remirez cum filia sua de hoc sicut melius poteris facere facias vel cum eo conuenias. Cesar Augustas vero dedi imperatori de Castella cuius suis appendicijs in vita sua tantum et fecit mihi homenage de ea vt reddatur mihi vel successori meo post obitū suū quicquid enim mihi debebat facere volo et mando vt tibi faciat hoc ex parte de Castella. Ex parte vero de Nauarra dono tibi de sancta Bracia de portu quā pater meus Santi bone memorie: dedit sancto Saluatori suo monasterio vsq; brozal: cuius toto Rōchali qui est honor de rosca de brozal sicut vadit aqua de Sarasazo et cadit in Jda: inde vero ad pontē sancti Martini. Et de pōte sancti Martini sicut currit Jda: et diuidit Nauarrā et Aragoniā vsq; cadit in fluuiū Aragonis: et inde per mediū pontem ad vadum longū. Et de vado lōgo ad Gallippiēgo: sicut currit aqua: de Gallippiēgo autē: sicut currit fluuius Aragonis: et iūgit se cū Arga: et cadit in Ibero flumie ma

Zinea

Regnum

Aragonum.



igno inde vero sicut currit Iber vsq; iam dictas Tutelam. de Ronchali
nāq; 7 Alasues: 7 Quadreyta 7 Ualterra sic dico tibi quia dedi eas re
gi Nauarorum Garſie Remirez tantum in vita sua. Et fecit mihi ho
menage quod post obitum suum reddatur mihi vel successori meo. quic
quid enim mihi debebat facerere: volo et mando vt tibi faciat. hoc dono
tibi et concedo filiis filiorum tuorum qui fuerint de generatione de mea
filia in secula seculorū. Tu vero conuenis mihi in verbo veritatis et mit
tis manus tuas inter manus meas: vt non alienes neq; facias alienas
re regnū istud quod ego dono tibi a geneueratione filioꝝ filie nre. Nec
post obitū regis Garſie Remirez dimittas filio suo Ronchal: et Ala
sues: et Quadreyta: 7 Ualterra. Et vt in tota vita mea teneas me sicut
patrem et dominū. Tamen retineo mihi regale dominū super omnes
ecclesias regni mei. Super monasterium scilicet sancti Saluatoris Li
gerensis cui dono illam meam medietatem de illo oliuare de Arascuas
propter ensem quez ibi acceperam: qui fuit de Lop ioan. Et super mo
nasterium sancti Joannis de Pūna. Et super monasteriū sancti Vi
ctoriani. Et super omnes ecclesias parrochiales et proprie proprium su
per sanctum Petrum de Leresa cum suis appendicijs seu pertinen
cijs: et Bertusa: et sancti Urbis: et sancta Cecilia. licet regnum tibi tra
dam tamen dignitatem meaz non amitto.

¶ Ceterum cum esset Ramirus: vt supra diximus: vita sanctus et reli
gionis maxime deditus: continue sancti Benedicti ordinis habitus sub
tunicis gerebat: ecclesias frequentabat: monasteria et sanctorum edes
multas edificabat. Quamobres a cunctis fere nobilibus tanquaz non
idoneus ad regni gubernationes negligebatur. Quod cum animaduer
tisset et diutius ferre non posset: virum quēdam: cui plurimū confidebat:
ad abbates sancti Boncij de Tomeris clam misit: vt illius abbatis cō
silio: qui satis prudens 7 sanctus erat: Aragonie regni nobilibus: a qui
bus contēnebatur: timori esse posset. Abbas autem regis perlectis litte
ris: eius nunciū in hortum: qui aderat adduxit: et cum eo simul ingres
sus gladiolū gerēs: Tarquini regis imitatus exemplū: altiores hortu
li flores et herbarū caules gladio decutiebat et minoribus adequabat.
Hoc cum fecisset nunciū dimisit. Qui ad regem reuersus: ea que fece
rat abbas in horto retulit. Rex autē callidum prudentis abbatis consi
liū intelligens: in Oscam ciuitatē se contulit. Ihic Tintinabulum ma
gnū se facturū diuulgauit: quod ex omnibus totius regni sui locis au
diretur. Ad quā rem faciendā omnes Aragonie proceres conuocauit.
Qui regis ineptias et deliramēta deridētes: 7 tā magni tintinabuli for
mā videndi percipidi libētissime conuenerūt. Quos rex in partē dom
interiorē ab et hominū frequentia semotā singulos admittēs: q̄si deprē
sos confestiz iugulant. Ac occisos patres filijs accitis ostēdit. Quibus

idem se proorsus facturum dixit: si mores parentum suorum: qui suo regi minus obsecuti fuerant: imitarentur. Necauit autem viros ex potentioribus numero quindecim: quorum nomina sunt hec que sequuntur. Lupum Ferrerium Lunam: Petrum Bergam: Rodoricum Ximenum Lunam: Egidium Atrosilum: Petrum Cornelium: Ferdinandum Somerium Lunam: Gasiam Bidauram: Gonsaluum Peggnam: Raymundum Fozium: Petrum Adartinum Lunam: Petrum Luessiam: Adichaelem Baslorem: Santium Fontanas: et Ferritium Licanam. Hac re gesta Tintinnabulum non modo per totum Aragonie regnum: sed etiam per vniuersum orbem terrarum fuit auditus. Ex quo tempore Ramirus rex omnibus Aragonie nobilibus fuit maximo timori: regnumque tranquillissime gubernauit vsque ad dies vite sue ultimam: et in Osca ciuitate magnam edificauit ecclesiam: que sancti Petri veteris dicitur: vbi monachos sancti Benedicti ordinis cum redditibus instituit. In qua nunc ecclesia sepultus iacet. Qui migravit a vita anno. AD. cxxxviii. Regnauit autem annos decem et nouem. Quem dicunt quidam tempore quo fuit a religione reuocatus ad Aragonie regnum sacris ordinibus iniciatum: sed non ad rem diuinam celebrandam promotum fuisse. Alij vero aliter asserunt: propterea quod sacerdotia et ecclesie redditus habebat: et multarum dignitatum titulos: quibus qui sacerdotem fuisse negant: dispensatione summi pontificis usum fuisse volunt: et dignitates per suos vicarios et onera sustinuisse. Ubi vero regnum Petronille filie generoque Raymundo Barcinone comiti renunciauit: in ecclesia qua supra diximus continue permansit.

Luna


Regum

Arago.

re
m
m
re
o
fl
fo
st
ci
m
o
m
L
cu
n

De Barcinone Comitibus: et
eorum origine. Liber secundus.

Raymundus Berengarius: comes Barcinonensis: quē admodum supra scripsimus: ratione matrimonij: propter ea quod Petronillam Ramiri regis Aragonum filiam duxit uxorem: Ramiro regi suo socero in Aragonie regno successit. Verumtamen non regis ipse: sed principis Aragonie nomen assumpsit. Sic enim Ramirus eius socer instituerat: ut Raymundus ipse Berengarius Aragonie princeps et Barcinone comes appellaretur. Successores vero reges Aragonum: et Barcinone comites dicerentur. Quis institutum semper fuit obseruatum: et nostris quoque temporibus: Rex Ferdinandus in



Otogerius suis omnibus priuilegijs et diplomatibus diligenter obseruat. **A**t qui me locus hic monet: et ordo rerum postulat: ut qui Raymundus hic Berengarius de quo loquor: et qua ratione Barcinone comes fuerit exponam. Quequidem res et si mihi longius repetenda est: ea tamen multo paucioribus verbis ac dilucidius ostendam: quam fuerit a multis alijs enarrata. Anno christiane salutis. dccxxij. mauris Hispaniam misere vastantibus: homo quidam natione Germanicus genere nobilis et animo fortis: cui nomen erat Otogerius Solantes: quem Pipinus Gallie rex Suiane prouincie sue prefecerat: ubi a castro nomine cathalo: quod frequentare solebat: cognomen accepit: noue viros Germanice gentis ad se vocat sanguine claros et virtute probatos: quibus erant nomina hec. Napiffer monticata: Guillelmus ceruera: Calcerandus pinus: Guillelmus Raymundus ceruello: Hugo mataplana: Petrus alemanus: Raymundus anglefola: Gispertus ribelles: Berengarius Rogerius erillus. Qui cum audissent Hispaniaz mauris crudeliter oppressaz: et christianum nomen iam deficere cepisse: christiane religionis amore flagrantes: et laudis auidi: conuocatis alijs equitibus cum exercitu paruo: sed tamen forti celeriter in Hispaniaz venerunt. Ad quos per saltus Pyreneos venientes christiani omnes qui supererat et in fide permanserant: statim sese contulerunt. His ad societate admissis Otogerius dux electus ab omnibus exercitibus instructis contra mauros proficiscens: breui tempore magnas Tarraconensis prouincie parte pulsis: et occisis hostibus adeptus est: et captis multis oppidis: Ampuriarum ciuitates: quam mauri possidebant: obsidione premes aduersaualitudine correptus e vita discessit. Qui tamen cum primu morbo decubuit conuocatis noue comilitonibus: quos secum duxerat: instituit: ut sibi Napiffer monticatinus vnus et noue: quos ante nominauimus: in ducis locum succederet. Quod cunctis assentiens factum est. Ceterum

Liber

Mapifer Ogerio mortuo de mauroꝝ aduētu: qui copias innumerabiles ducebant: cōmonitus: ex Ampuriarū obsidione discedēs: cū suis copijs exiguis ad Ciritanię loca tuta et Pyreneos mōtes se recepit: vbi pueros vxores et impedimēta reliq̄rat. Hic pro tēporis conditione suas copias diutius cōtinuit. Interim vero Carolus magnus imperator: et summus Romanę sedis Antistes cum maxima hominū multitudie Harbonā ciuitates: quā mauri longa oppugnatione ceperāt: venerunt. Ex qua: vt facilius hostes eijcerent: in Hispanias contra mauros magnos miserūt exercitus. In quibus erant equitum milia viginti. Quibus duces prefecerant Roldanū: Oliuerium: Sabuinū: Ogerium peluz: Ogeriū normandinū: Gastonium: Angelem: Arnaldū montaluanū: et Berardum roselliū. Hic precepit Carolus imperator: vt quacūq̄ facerent iter: omnia igne ferroq̄ vastarent: et mauros omnes delerēt. Hi duces cum validissimis equitibus Pyreneos mōtes ingressi Mapifferi copijs occurrūt. Quibus recognitis vltro citroq̄ duces et equites omēs valde gauisi fuere. Et copijs coniūctis e mōtibus descendentes acriter hostes inuadūt. Quorum plurimis interfectis: et alijs profligatis ad Urgelli campos magna potiti victoria peruenerūt. Ubi cōmissio prelio campestri tres mauroꝝ reges occiderūt: Faregam Toleti: Superim Frage: et Alfach Sogorbiensem. Quo prelio periit ex christianis ducibus Ogerius normadinus. Hinc ceteri victores ad Carolum Rosillonē reuersi: magnis fuerunt honoribus excepti. Tunc Carolus imperator et summus pontifex intellecta causa de nouem viris: quos ante nominauim⁹: et cognita virtute mirabili: magna leticia gauisi fuerūt. Adeo vt in montibus: vbi tunc erant: ecclesiaz statim edificauerunt sub honore nominis sancti Andree: et in ea corpus Ogerij normadini: queꝝ supra campestri prelio sublatus fuisse diximus: celebratis solēniter exequijs: honorifice sepeliuerit. Hanc ecclesiaz Carolus: ne quādoq̄ posset ab hostibus expugnari: maximis operibus vndiq̄ munuit. Qua re perfecta Harbonaz cum exercitu rediit. Quā deuictis et expugnatis hostib⁹ et Adagano Harboneꝝ rege: simul et Almāsoꝝ Cordubę potentissimo fugiētibus recuperauit: et ab hostibus liberatā cuidam viro nobili: qui dicebatur Enmericus: cum vice comitis titulo tradidit. Cuius Romanus pontifex sibi ius ecclesię vendicauit: quod hactenus Harbonensis habet archiepiscopus. Hinc rursus in Hispaniam reuersus a primo duce nouez viroꝝ: qui Ogerius Cathalo dicebatur: prouinciā Tarraconēsz Cathalonias nominauit. Tam etsi huius nominis ratio nobis est aliter alio loco notata. Egitq̄ cū summo pontifice: vt a numero nouem viroꝝ: qui primū venerant in Hispania: eamq̄ cōtra mauros tueri ceperāt: in honorē nouez ordinū angeloruz: in hac prouincia Tarraconensi nouez cathedrales ecclesias institueret. Cui summ⁹ pōtifex iusta petenti liberaliter oia concessit: et sequētes ordinauit ecclesias.

**De prouincie Tarraconēsis ecclesijs cathedra-
libus vna metropolitana: et suffraganeis octo.**

Archiepiscopus ciuitatis Tarracōis.
 Episcopus ciuitatis Barcinonensis,
 Episcopus ciuitatis Vicensis.
 Episcopus Gerunde ciuitatis.
 Episcopus ciuitatis Argelli.

Episcopus Berthosane ciuitatis.
 Episcopus ciuitatis Elnensis.
 Episcopus ciuitatis Rothensis:
 qui translatus fuit in Hilerdam.
 Episcopus ciuitatis Adinorise.

Cerumeniuero non contentus institutis ecclesijs imperator Carolus: qui vt magnus nomine dicebatur: sic erat et animo splēdidus: potens et liberalis: instituit etiam a nouem viris in eadem prouincia nouem comites: qui potestates vocarentur: et vicecomites totidem: nouem nobiles: quibus adiunxit alios nouē: qui vulgo Varuassores appellantur. Quorum tituli nominaq; ponuntur inferius.

Comes Barcinone.
 Vicecomes Cardone.
 Mobilis de Adonclis.
 Valuassor de Boradors.

Mobilis de Scintillis
 Valuassor de Chilademay.

Comes Pallariensis.
 Vicecomes Villamuri.
 Mobilis de Bellera.
 Valuassor de Toralla.

: :

Comes Rosilionis.
 Vicecomes de Castellon.
 Mobilis de Laneto.
 Valuassor de mūscot: qui dicitur nūc dolms

Comes Lerdanie.
 Vicecomes de Querforadat.
 Mobilis Burç.
 Valuassor Banueig.

Comes Empuriarum.
 Vicecomes de Rupebertino.
 Mobilis de Ceruiano.
 Valuassor de Furano.

Comes Argelli.
 Vicecomes Agerensis.
 Mobilis de Terminis.
 Valuassor de Guimerano.

: :

Comes Bisulduni.
 Vicecomes de Bas.
 Mobil. de porqras qui dicitur de scfa pau.
 Valuassor de Besora.

Comes de Ostana.
 Vicecomes Caprazie.

Comes Tarracone.
 Vicecomes de Scornalbou.
 Mobilis de Castellet.
 Valuassor de Adediona.




Lis præterea nouez viris: qui primum cum Ogerio venerāt in Hispaniam: singulis dominia singula distribuit. Qui nūc ij sunt: quos vulgo Barones apellam⁹: et dominia Baronias. Quos etiā viros principes appellari iussit: sicut et comites Potestates. Quibus peractis rebus: imperator Carolus: quēadmoduz supra demostrauimus: mauris a Nauarra et Aragonia fere tota depulsis: in Galliam reuersus ab humanis esse

Liber

desijt. Qui tamen priusq̄ discessisset avita Ludouico filio: qui ei successurus erat in regnis: testamento verboq̄ precepit: vt quoad fieri posset: christiane religionis fidei nō deesset: et om̄ia que statuerat de nouē virozū dominijs: et reliquis dignitatibus in prouincia Tarraconēsi ceptis conficeret: et in perpetuū confirmaret. Quaz rem Ludouicus Gallie rex patre mortuo velut et patri filius obsequēs: et christiane religionis admodū studiosus: et libēter suscepit: et plenius adimpleuit. Nam cū post imperatoris Caroli magni discessum: mauri qui victi in Bethycā prouinciā et vltiores Hispaniā se receperant: indignātes propter amissam citiores Hispaniā: quam armis ceperāt: ad noua bella contra christianos insurrexissent: totamq̄ fere prouinciā Tarraconensem quatriēnio rursus occupassent: Ludouicus paterni consilij memor cū magnis copijs et equitibus electis in Hispaniā venit anno. dccccxvij. Et ingressus per montes Pyreneos christianos: quos maurozū reges sibi tributarios fecerāt: commonuit: se magnis cū exercitib⁹ adesse: eos vt a iugo seruitutis et immanitate maurozū liberaret: in Hispaniā venisse dicēs: quos hortabatur: vt simul in mauros christiane religionis hostes armis acceptis consurgerēt. Cuius consilio christiani: qui maurozū seruitiam nouerāt: magno metu impediti obsequi nō potuere. Ludouicus nihilomin⁹ suis equitibus et diuino fretus auxilio cohortibus instructis a mōtibus Pyreneis ad planiciē descendit. Maurozū autē reges interim Ludouici regis aduētus nō ignari magnos exercitus coegerāt: et christianis obuiā veniebant. Qui loco: vbi Ludouicus castra posuerat: propius accedētes prelio contēdere ceperūt. Acriter vtriq̄ et equo marte pugnatū est: diuq̄ pugna fuit anceps. Plures tamen maurozū q̄ christianozū cadebāt. Erat maurozū peditum maxima multitudo: et que numero christianos pedites excedebat: christianozū vero maior erat equitat⁹. Quare maurozū primūz profligatis equitibus: eorum etiāz pedites deficere ceperunt. Bemus iam victi mauri terga verterūt. Quozum fugientiū magnus numerus concidit. Nam cuz ad siluas et aspera loca confugissent: in christianos: qui in auxilium Ludouici regis veniebant: inciderūt. Et eozum preter occisos plures quoq̄ capti fuere. Ludouicus hoc prelio gesto: in quo precipuos mauros occidit: et aliozū vires perfregit: magna potitus victoria: breui spacio temporis ex tota prouincia Tarraconensi mauros expulit: et patris om̄ia iussa perfecit. Christianis autē: qui moniti: vt aduersus hostes insurgerent: ei propter metum obsequi noluerunt: idem stipendij nomen imposuit: quod maurozū principibus antea pendere consueuerant. Quod tributum hoc etiam tempore quisq̄ suo domino quot annis persoluit. Qui populi vectigalibus obnoxij sunt: quos modo vulgus Remensanos appellat. Ceterum rex Ludouicus comitatibus dominijs et reliquis dignitatibus ⁊ titulis: vt pater ei preceperat: instituit: Barcinone sibi comitatū retinuit. Atq̄ se vnum fecit ex nouem comitibus: qui ceteris in honore et principatu preesset. Et Barcinone comitatu suo nomine virum quendam prefecit genere nobilez: et in re militari preclarū: nomine Gasseum: vel vt alij volunt: Gofredum. Qui natus fuerat in castro cognomento Arria: prouincię confluentis

Ceritanie coniuncte. Cui precepit et etiam ceteris: qui Barcinone gubernationi prefuturi essent: ut armis et insignibus: Rogerij Solantis vteretur. Que sunt in aureo campo purpurei baculi quattuor: medius et extremi crocei vel aurei.



De Griffio Barcinonensis
Comitatus prefecto nomi-
ne Ludouici Gallie regis.

Griffius.



Est Ludouici regis discessum: Griffius Barcinone principatum non minori iusticia: quam fide gubernauit. Verum enim uero uirtus eius et honor quo maior erat: eo minus inuidia caruit. Nam uir quidam nomine Salamon: unus ex Gallie magnatibus gubernationes Barcinone principatus affectans: eum falsis delationibus et insidijs in Ludouici regis odium adduxit. Ad quem Ludouicus rex Salamoni indignis sermonibus persuasus: legatos misit. Quibus eum ad se venire iubebat in Galliam.

Legatis autem precepit: ut Marbonam cum uenissent: suas ad eum litteras mitterent. Nam rex ad eum scribebat: ut suis litteris acceptis ad legatos Marbonam statim ueniret. Quapropter legati Marbonam profecti regis litteras et nuncios ad eum miserunt. Quas ubi Griffius accepit: et regis uoluntatem cognouit: ad legatos Marbonam se contulit. Quo etiam secum filium: quem habebat pulcherrimum: sed admodum paruulum duxit. Hic ubi cum legatis multa contulit: eques quidam ex his: qui cum legatis uenerant: orta uerborum contentione: sicut fieri solet: Griffii barbam manibus inuasit: quem stricto pugione statim Griffius occidit. Quapropter legati Griffium captum cum filio simul ad regem ducere statuerunt. Qui per Galliam proficiscentes: cum Podio: ubi tunc erat rex Ludouicus: appropinquassent: legatorum comites de Griffio colloquentes primus certare uerbis: et deinde manibus et armis ceperunt. Quo certamine siue ficto: siue uero: solus fuit Griffius occisus. Quem cum sepelissent legati cum filio eius capto ad regem uenerunt. Cui rem ordine narrauerunt. Rex autem Griffii mortem molestissime tulit. Et eius filium dedit alendum comiti Flandriarum. Cui diligenter et honorifice plurimum commendauit. Qui comes: quod Griffii fuerat amicissimus: puerum quidem et libenter suscepit: et diligenter educauit. De quo puero dicemus inferius.

De Biffeo cognomento Pilo: cui Rex
Ludouicus Barcinone principatus li-
beram possessionem et omnia proprie-
tatis iura renunciauit. Comite primo.

Biffeus
Pilos.



Rolfus
episcopus
Argelli.

Biffes qui
obijt vene-
no.

Sunerius q̄
fuit comes
Argelli.




Enc: vt paulo su-
perius pollicitus
fuit: de Biffeo di-
cam. Quē Flan-
driarū comes: vt ante dictū
est: Ludouici regis comēda-
tione nutriendus susceperat.
Ihic in edibus comitis educa-
tus et adultus: eius filie mu-

tuo captus amore: cū diutius: ne principes: a quibus tanq̄ filius nutri-
tus fuerat: offenderet: vrgēti et placido amori repugnasset: cū puella tā-
dem veneris consauicia telis cōcubuit. Quē res oibus diu latuit: donec
mater puellaz grauidā esse cognouit. Cui filia cū crimen iā manifestus
negare nō potuisset: occultos amores patefecit. Quibus virtutis causa:
ne parētes doloribus afficeret: diu restiterat: se demū amori magno cō-
uictam succubuisse. Nec Biffeus magis in culpa esse dicebat: qui mul-
to fortius amori repugnauerat. His verbis cōmota mater filie pepercit.
Et accitū Biffeus pie monet et rogat: ne Flandriarū comiti causa do-
loris esse velit: hortatur vt ab eo deflorataz puellā ⁊ grauidam: vxorē du-
cat. Biffeus vero placidaz et optatā puellam pulchrā et generosam nō
recusat: sed continuo dat fidē vxorem sibi fore puellaz Flandriarū comi-
tis filiā. Hac re sic acta: deinde Flandriarū comitis vxor Biffei iam so-
crus magnę prudētię mulier Biffeus medici peregrinātis habitus in-
duit: et cū eo duas mulierculas admodū vetulas: et simul in Hispaniā
et Barcinonam ciuitatē misit: vbi Biffei mater: ⁊ cognati complures
erant. Biffeus itaqz cū vetulis in Hispaniaz profectus Barcinonam
peruenit. Quo tuz nescio quo fato Salamon ex Ceritania: vbi fuerat
diutius comoratus venerat. Ingressus ciuitatez Biffeus clam noctu
matrē adiit. Quē vbi filius reconouit affecta magno gaudio cognatos
omnes ad se vocauit. Quibus filiū ostendit: et quid factururus venerit fi-
lius declarauit. Qui consiliū probantes Biffeam magis hortātur: vt
mortē patris vliscatur. Postero die per vrbez Salamon equitabat in-
cautus. De quo Biffeus admonitus ascendit equū: et occulto gladio
succictus ei obuius exit. Quēz conspectū perstricto gladio grauitē per-
cutiens ex equo deiecit: ⁊ occidit. Qui cū se Biffei Barcinone p̄cipar

Linea

Comitum.

Barcinone



tus prefecti filium esse dixisset: ab omnibus collaudatus est: et Barcinone princeps appellatus: ac summis honoribus affectus. Qui sponse et date fidei non immemor: ad Flandriarum comites et eius uxorem legatos misit: ut ei filias mitterent. Quas parentes non inuitas et multis committatas nobilibus miserunt: et Biffeus honorificentissime recepit. Cum qua primum christianorum more solemniter nuptias confecit: et deinde magnos ludos et spectacula varij generis celebravit. Flandriarum vero comes interea Biffei socer ubi de filie sue magnis honoribus intellexit: ad Ludovicum regem se contulit. Cui de filie matrimonio cum Biffeo: et quecumque Biffeus egerat omnia narravit. Cuius deprecatur: ut si Biffeus comitem Salamones occiderat: non magnopere miraretur: propterea quod Salamon patrem eius occiderat. Rex autem Ludovicus Biffei virtute perspecta: et Salamons necis cognita causa: Biffeo supplicante socero non modo pepercit: sed etiam Barcinone principatus gubernationem detulit: et ad vitam confirmavit. Hac de re Biffeus certior factus a socero ad Ludovicum regem venit in Galliam: ei gratias acturus. Cuius adventus animusque regi certe gratissimus fuit. Ceterum Biffeo diutius apud regem in Gallia commorante: mauri rursus ad occupandum Tarraconensem provinciam consurgunt. Quod ubi Biffeus intellexit: a rege Ludovico iustum petiit auxilium. Quo adversus mauros provinciam tueri posset. Cui Ludovicus respondit: sibi molestissimum esse: quod mauri: quos a principatu suo procul fugaverat: iterum bella moverent. Propterea quod ei tunc subvenire et opem ferre minus posset. Atque Biffeus vehementer hortatus est: ut in Hispaniam rediret: et quoad posset provinciam defenderet. Biffeus autem cum rege Ludovicum Barcinone principatum iam parvi facere cognovisset: soceri sequutus consilium: regi supplicavit: ut quoniam solus et proprijs viribus adversus mauros provinciam defensurus esset: et onus supra vires susciperet: ei Barcinone principatus possessionem proprietatis et omnia iura renunciaret. Cui rex liberaliter omnia concessit: et quicquid ipse rex in Barcinone: Rossilonis: quam Rossiliones provinciam nunc appellant: et Ceritanie principatu iuris habebat: Biffeo totum et integrum dedit: et liberalissima donatione renunciavit: et privilegio patetissimo confirmavit: anno: dcccclxxv. Biffeus hic igitur primus hac donatione comes Barcinone principatus: anno predicto cum suis et eius soceri copijs et equitibus ex Gallia Barcinonam venit. Hic omnibus totius principatus convocatis vndique nobilibus cum magnis exercitibus mauris occurrit. Quos cum sepe prelio vicisset: omnes demum paucis annis ab omnibus sue provincie finibus expulit. Atque victor insignis et legitime triumphans Barcinone reuersus in honorem virginis dei genitricis: et sue victoriae memoriam Rumpulli monasterium cum magnis redditibus edificavit. In quo sibi sepulturam fecit.

Qui ex vxore Flandriarum comitis filia: de qua supra scripsimus: filios habuit quatuor: Rolfeum: quem mater ante nuptias in domo parentum peperit. Sed hic Rumpilli monasterij religionem ingressus: ibi vitam peregit. Post hunc Guffeum genuit: qui non sine veneni suspitione peremptus est: et fuit in predicto monasterio sepultus. Tertio loco Adiro natus est: qui in Barcinonensibus: Ruffimonis: et Ceritanis principatibus legitimis heredibus vacuis: Guffeo patri successit. Postremo natus est Sumerius: qui fuit Argelli comes: Nam Hermegando comite mortuo sine filiis: Argelli principatus ad Guffeum iure deuenerat. Obijt autem Guffeus Anno. dcccxcij. et in monasterio Rumpilli iacet in sepulchro: quod: vt supra dictum est: ipse sibi presecerat.



De Adirone Guffei filio. Comite secundo.



Adiron Guffei filius successit. Qui cessantibus bellis annos decem et nouem principatum tranquillum quietumque continua pace gubernauit. Qui filios tres suscepit Xiffreus: quem sibi successorem reliquit. Oliuanum: qui fuit comes Bisuldunensis ceritanis. Tertium reliquit filium Adironem: qui fuit Berunde ciuitatis comes et episcopus. Ceterum




Adiron hic moriens quatenus filios admodum paruulos relinquebat: eorum tutores Sumerium fratrem et principatus gubernatorem instituit.

De Xiffreo Adironis filio. Comite tertio.



Xiffreus igitur post Adironis patris obitum: sub patruo Sumerio tutore permansit annos circiter viginti. Sic enim pater eius Adiron testamento scriptus reliquit. Annos vero pupillares egressus a Sumerio patruo restitutum principatus administrationem suscepit. In qua vixit annos decem et nouem. Adironem autem sine liberis principatum reliquit hereditario iure Borrello Sumerij filio: suo fratri patrueli. Propterea quod Oliuanus frater eius ad gubernandum minus erat idoneus: lingue balbutientis impedimento: non enim voces poterat emittere: nisi prius terra manibus effodisset: unde capella fuit appellatus: quod hoc capere facere solet. Habuit autem Sumerius filios duos: Borrellum maiorem natum: qui patri successit in Argelli comitatu: et Hermegandum: qui fuit Argelli presul: ubi semper adeo sancte et religiose vixit: vt non immerito in sanctorum numerum relatus fuerit.



De Borello: qui Xiffreo fratri patrueli successit. Comite quarto.



Mius Borelli temporibus vndiq; mauri magnis exercitibus coparatis Barcinone principatus christianos populos acriter inuaserrunt. Quibus cum paruis copijs et tempore coactis Borellus occurrit: et in capo: qui est apud castellum Adonticatinu et Adactabouez vulgo dicitur prelio victus et equitibus quingentis amissis fugiens Barcinone reuersus est. Quas mauri Borellum comites subsequuti acriter oppugnare ceperunt. Et omnia equitum capita: quos in prelio trucidauerat: Balistis imposita proiecerunt in urbem: vt magis eos: qui muros ciuitatis et portas defendebant: detererent. Que quide capita pie collecta: comes Borellus honorifice sepeliuit in cimiterio martyrum: quod est in ecclesia sancti Iusti. Ceterum mauris acrius oppugnatis Borellus cum se defendere non potuisset: ciuitate relicta discedere coactus est: et cum paucis equitibus in montes apud Admorissas ciuitatem se recepit. Huc comites: vicecomites: nobiles: et equites omnes accitos: quid agendus foret amissa ciuitate consuluuit. Ibi primu legatos ad reges Gallorum et ad summu pontifices statim mittendos esse dixerunt imploratuos auxilium. Deinde legatis iam Romam et in Galliam missis: vt Borellus comes publicis preconijs denunciaret ac polliceretur militarem dignitates et ordinis equestris titulos et honores omnibus: qui cum armis et equis ad eum venirent aduersus mauros christiani nominis hostes Barcinone principatus defensuri. Quod confestim comes effecit: et quod preconio pollicebatur: cuius cum armis et equo ad se venienti priuilegijs militaris et dignitatis et omnes immunitates concessit. Hoc preconio diuulgato per paucis diebus: preter nobiles et equites: qui iam militaribus priuilegijs et honoribus gaudebant: alij quoq; numero circiter mille conuenerunt: equis et armis preferoces. Quos Borellus honorifice suscepit: et quoniam paratos se ad bellum gerendum contra mauros venisse dixerunt: promissis honoribus insigniuit: et Paratos cognominauit. Quoruz genus adhuc et domus Separata nomen habet. Cum his igitur Borellus comes et alijs equitibus mauros omnes a Barcinona totaq; provincia Tarraconensi breui tempore summouit. Ubi reliquum vite sue tempus tranquillissime vixit: et finem mauroz bellis imposuit. Ex vxore filios duos progeniuit: Raimundum Borellum: quem sibi successorem reliquit: et Hermengandum Urgelli comitem.



De Raimundo Borello. Comite quinto.

Raimūdu



Raimūdu

Berēgari



Berēgari



Raimundus Borellus principatus imperio suscepto: vocatus ab Alfonso Castellę rege contra mauros in vltiorem Hispaniam: quas a Romanis olim castelloꝝ prefectis Castellam vocant: libenter profectus est: vtpote qui mauroꝝ vires frangere nomenq; delere vehementer optabat. Quem Castellaz versus ad Alfonso regem cum exercitu proficiscentes: p̄ter omnes fele Tarraconensis prouincię proceres et equites: Hermęgandus etiam comes Urgelli: et frater eius Hugo comes Ampuriarum: Gastonius Adonticatinus: Salmatus vicecomes Rocabertinus: Bernardus comes Bisulduni: Huguetus vicecomes Basensis: et p̄sules Anso- me: Uicensis: Berunde: et Barcinonensis cum magnis copijs comi- tati fuere. Qui iuxta Cordubam cum Alfonso rege: qui magnos etiaz ductabat exercitus: sese conuenerunt. Ubi cum mauris p̄lio commisso strenue pugnauerūt. Et victis hostibus post aliquot dies comes Rai- mundus Barcinonem rediit cum om̄ibus equitibus suis: p̄ter Her- mengandus comitem Urgelli: qui p̄lium primus ingresus a mauris multis cōfossus vulnerib; cecidit. Quo mortuo successores eius a Cor- duba cognominati fuere: propterea quod p̄ijt p̄lio: quod gestus fuit apud Cordubam. Raimundus vero victor mauroꝝ Barcinonem reuersus vixit annos septemdecim. Qui discessit a vita anno millesimo decimo septimo superstitē successore filio Berengario.

De Berengario. Comite sexto.




Berengarius Raimūdi filius post mortem patris Barcino- nę principatus administratio- ne suscepta militarem dignita- tem ceterasq; virtutes: que p̄cipibus sunt maxime necessarię: minus exercuit. Siqui- dez corporis seruiijs 7 ignauię dedit; ani- mi mūera bonaq; contēpsit. Ideoq; mau- roꝝ vires et insidias temere despiciēs et in- gubernatione sui principatus incautus partes magnā prouincię Tar- raconēsis amisit. Hanc tamen: vt paulopost demonstrabimus: eius fili; Raimundus Berengarius cognomēto vetus per arma recuperauit. Habuit autē p̄ter Raimūduz vetū filios duos: Guillermū Berēga- riu; Adinorisse comitē: et Santiū: qui etiā fuit Adinorisse comes post obitū fratris: 7 prior monasterij sancti Benedicti Bagenis.

De Raimundo Berengario: cognomēto vetus. Comite septimo

Raimūdu




Ralta celo sunt et syderib⁹ ascribenda: multa quoq; moribus educatuz pueros. Nam si bonus pater filius gignit improbu: vel si patre improbo bon⁹ oritur fili⁹: id quidē mihi videtur: vel fatis nomūq; vel nutricibus imputanduz. Hoc mihi nūc in mētez veniter Berēgario de quo supra locutus suz. Qui natus optimo patre degeneravit: et idē Raimūduz Berengariū filiu genuit excellentem: qui: vt supra memoravi: militari virtute preclarus nō solum partē Barcinone principatus a mauris propter ignaviā patris occupatā recuperavit: sed etiam mauroz reges duodecim campestri prelio victos sibi tributarios fecit. Qui demū multas et magnas de mauris victorias consequutus: in multis equitibus: quoz viribus ⁊ auxilijs usus fuerat: magna munera multaq; oppida duz viuerēt assignavit. Uxores habuit duas: ex altera genuit duos filios: Petrus Raimundū: ⁊ Berengariū Raimūdum: ex altera Raimūdum Berengariuz. Quoz Petrus Raimūduz natu maior veneno periit: vt aiūt a nouerca dato. Raimūduz vero Berēgarius eius fuit hēres. Obijt Barcinone: vbi iacet in sede ciuitatis: cuius quidem sedis et ecclesie cathedralis auctor ipse fuerat: et sibi sepulchrum condidit prope ianuaz sacrarij.



Raimundus Berengari⁹.

De Raimundo Berengario. Barcinone Comite octavo: qui caput stupe fuit appellatus.



Rait hic Raimūduz Berēgarius multis et corporis et animi muneribus excellens: et in primis in militaribus rebus belloq; gerēdo fortitudine strenu⁹: moribus et humanitate cūctis benignus: in dei cultu et christiana religiane seruēs et pius: liberalitate largaq; munificētia magnanimus: vita in omni genere probus ⁊ consuetudine facilis. Statura preterea corporis magn⁹: facie pulcher: aspectu iocūdus. Cui erat flaua densaq; Cesaries: vnde caput stupe nomen habuit. Cuius magnis et innumeris virtutibus inuidens frater eius Berēgarius et principatus cupiditate cōmotus occultas molitus insidias eum Berūdā versuz ex Barcinona incaute proficiscētez crudeliter occidit. Cuius mortē totius principatus populi maxime lugentes et nobiles omnes vlcisci cupientes in fratricidaz: qui

principatus occupare conabat: arma ceperunt. Quod iam aduertens Berengarius fraterno sanguine pollutus: magno metu perterritus mutus est ilico factus: ac solus fugiens et tanti criminis perterritus erroris: et iam penitentia ductus in penam peccati sponte Hierosolimam profectus est: unde corpore animoque defesso reuertens in itinere defecit. Ceterum Raimundus comes antequam occideretur assumpto principatu duxerat uxorem Roberti Guiscardi Athesanæ et Apuliæ ducis filiam. Ex qua filium progenerat Raimundum Berengarium. Qui post necem patris in comitatu Barcinone successit anno. AD. lxxxij. Cuius mater orbata marito monasteria duo condidit: alterum ordinis sancti Bernardi in valle Barne: qui locus est in Caprariæ vicecomitatu: et alterum ordinis sancti Benedicti iuxta ciuitates Berudam: quod sancti Danielis appellatur. In quo diutius persancte vixit vitamque finiuit. Huius comitis tempore fuit Argelli comes Hermegandus vulgo Serbus cognominatus: homo strenuus in armis: qui res preclaras gessit: et Belagurium multaque oppida deuictis mauris recuperauit.

De Raimundo Berengario
Mouo Barcinone comite.

Linca
Comitum

Raimundus
berengarij.



Raimundus vero Berengarius patri non in principatu regnoque solum: verum etiam in magnis et multis virtutibus legitime successit. Fuit enim virtutum omnium splendore preclarus: et precipue in armorum certaminibus. Quippe qui monitus de imperatricis Alemanniæ periculo: quam a duobus Alemanniæ viris potentissimis atque for-

Barcinone

tissimis adulterij accusata imperator morti destinauerat: nisi quis eam intra annum duello liberaret: vno viro sui principatus nomine Rochabuzma domicello comitatus ad imperatoris curiam clam profectus est. Hic omnibus ignotus sancti Francisci habitus indutus ad imperatricem: a multis in quadam turri diligenter custoditam quasi patrinus et confessio- nes eius auditurus accessit. Cuius confessione prudenter audita: cum ea sine crimine falsoque accusata fuisse cognouisset: illi quis esset aperuit et quo consilio venisset ostendit: ut eam scilicet indigne delatam apud imperatores deo iuuante liberaret. A qua prius impetrauit: ut eum per triduum post certamen et duellum confectum nemini detegeret. Quod imperatrix illi libenter promisit et iureiurando confirmauit: et ingentes gratias egit.

Queterum comes Raimundus die certaminis Rocabunam domicellus
 socium: quem secum duxerat cum altero de duobus imperatricis accusa-
 toribus certaturus: non inuenit. Ideoque campus ad pugnam constitu-
 tus solus ingressus imperatori supplicauit: ut cum altero prius confi-
 geret: et deinde si victor esset: cum altero congregaretur. Hac re impetra-
 ta ab imperatore: certamen ingressus cum altero: qui fortior habebatur:
 eum multis ictibus percussum fortiter occidit. Alter autem cum hoc vi-
 disse metu deterritus experiri cum victore fortunę casus in armis non
 audens sine pugna iam victus manus dedit. Tum leticia plenus impe-
 rator Raimundum comitem iam victorem e campo deduxit: et ad hospis-
 tium eius: quod erat in ingressu ciuitatis: comitatus et amplissimis col-
 laudatum verbis honorifice reliquit. Comes autem qui cognosci vole-
 bat prima nocte discedens magnis et continuis itineribus Barcinonam
 paucis diebus reuersus est. Imperator vero postero die victorem comi-
 tem cognoscere cupiens: et plenius commendatum magnis muneribus pro-
 sequi regalibus paratis conuiujs eum simul et imperatricem ad se vo-
 cari honorifice iussit multis missis nobilibus. Qui cum ad hospicijs co-
 mitis venissent: et eum discessisse nunciatus esset: ad imperatorem rede-
 untes ab hospicio noctis hora fere secunda discessisse victorem retulerunt.
 Imperatrix autem cum venisset: ab imperatore quisnam fuisset eius de-
 fensor et ubi reperiri posset interrogata: ubi esset sese nescire respondit: ve-
 rum qui fuisset cognouisse: sed nisi post biduum propter fidem et iur-
 randum quod illi prestiterat: non posse dicere. Biduo igitur assumpto
 sue salutis et honoris imperatrix auctore coram multis magnatibus im-
 peratori declarauit. Quod cum imperator audisset: ingentes hominis
 virtutem vehementer admiratus: eum per totam ciuitatem perque om-
 nes vias et exitus missis quę plurimis equitibus perquiri iussit. Quo per-
 uestigato diligenter et nunquam reperto: magis imperator eum videndi
 desiderio comotus: Imperatrix inquit vxor charissima nulla nos vnquam
 mensa: nullus nos vnquam thorus coniuget: nisi prius Raimundus Be-
 rengarium Barcinonę comitem videro. Tuum est igitur eum diligen-
 ter querere et ad nos inuentum adducere: qui te non sine magnis labo-
 ribus et vite periculis aduenit: et ab ignominiosa morte liberauit: non
 enim quiescere potero: nisi talem virum cognoscas: et quoad potero eius
 virtuti: quę mirabilis est: satisfaciam.

De aduentu imperatricis in Hispaniam.

Quia propter Imperatrix huic Imperatoris voluntati: quę ratio-
 ne virtuteque mouebatur: obsequi cupiens: quattuor cardinalibus
 cum suis omnibus episcopis et familiaribus et trecentis equitibus comi-

Lina

Comitum

Barcinonę.

Liber

Itata Raimundus Berengarium Barcinonę comites querere statuit. Rebusque necessarijs ad profectionem comparatis ab imperatore discedens quadraginta diebus in Hispaniaz peruenit. Que cum saltus Pyreneos pertransisset: et eius aduentus Barcinonę comiti Raimundo nunciaretur: statim nobiles omnes totius principatus comes Raimundus conuocauit. Ac cibarijs et rebus ad presentes usum necessarijs omnium generum conquisitis et comportatis: ex Barcinonę ciuitatis portis usque ad Adoncate castellum: quo ventura erat imperatrix cum maxima hominum multitudine: mensas instruxit et varijs rebus impleuit per passuum milia circiter duodecim. Adensis compositis et omnibus epularum generibus refertis et oneratis: Comes cum precipuis totius principatus mulieribus et equitibus trecētis imperatrici apud Serindam ciuitates peroptatus occurrit. Cui iam appropinquanti duos cardinales imperatrix honoris et beniuolentię gratia multosque nobiles obuiam misit. Comes autem Raimundus ad imperatricem cum peruenisset in equo inter duos cardinales et ex equo descendere conaretur: a multis equitibus et a cardinalibus ipsis: quos imperatrix premonuerat: in equo retentus est. Equitatem igitur imperatrix excepit: et multis verbis honorifice collaudatum summis honoribus affectit. Quo cum itinere toto colloquendo: Cardinalibus et reliquis equitibus mensas et variorum cibariorum copias et aliarum rerum apparatus admirantibus: Barcinonam peruenit. Hic per dies quindecim ludi magnifici: variaque spectacula et armorum ficta certamina in laudes imperatricis et honores magnis sumptibus et apparatu mirabili celebrata fuerunt. Quibus spectaculis et ludis confectis rebusque necessarijs comparatis ad imperatorem Raimundus Barcinonę comes cum imperatrice simul profectus est. Cui munificentissimus imperator et summis honoribus excepto multas et ingentes gratias egit: et preter plurima munera donaque preciosissima: Prouincię quoque comitatum cum omnibus emolumentis: commodis: iuribus: et titulis largitus est.

De comitis Raimundi expeditione contra mauros in insulam Balearem.

Quius comitatus accepta possessione Raimundus comes permultis et magnis muneribus ornatus Barcinonam reuersus omnibus Tarraconensis prouincię conuocatis equitibus magnos exercitus Januensium et Pisanorum nauibus impositos in maiores Baleariū insulam: quaz Balearicam vocant: traiecit. Hanc enim tunc insulas mauri possidebant: quibus deuictis et expulsis insulanos omnes ad



Lincea

Lomium

Barcinone

christi cultum fidemque reduxit. Verum enim vero dum hic comes diutius commoratus est: interea mauri Barcinonam magnis copiis oppugnare ceperunt. Hinc igitur in Hispaniam reuersus Barcinonensibus auxilium implorantibus: insulam et ciuitatem Balearium: quam ceperat: Pisanis et Januensibus commendauit. Quos ad securitatem certo federe et iureiurando sibi socios adiunxit: et armorum suorum parte decorauit: ut scilicet sancti Georgii signis et armis: que Barcinonę comitatus erant: uterentur. Januenses autem post comitis discessum ceca pecunie cupiditate conuicti mauris auri magnus pondus offerentibus ciuitatem et insulam restituerunt. Quod indignum facinus ubi comes Raimundus intellexit: vehementer indignatus omnibus sui principatus populis et equitibus precepit: ut ne cum Januensibus unquam paces haberent: sed odia semper et inimicicias perpetuas exercerent. Barcinonam tamen cum venisset contractis auxilijs mauros ab obsidione fugauit. Quorum fugientium plurimos occidit. Et indutiarum fedus: quod cum regibus: Hilerde: Berthuse: et Valentie sibi tributarijs iniuerat: dissoluit. eosque bello victos a ciuitatibus et principatu deiecit. Multa preterea gessit memoratu dignissima: quibus et fortissimi viri nomen et christianissimi gloriam sibi comparauit.

De eius vxore et liberis.

Uxorē duxit Sulciaz Silberti Prouincię Mediolanięque comitis filiaz. Que duos peperit filios: Raimundum Berengarius: qui mortuo patri successit: et Berengarius: qui fuit Prouincię comes. Filiam vero genuit unicam: que nupsit Alfonso regi Toletano. Ceterum Raimundus Barcinonę comes post multas et magnas res magnifice sancteque gestas: Barcinonę iam semo retardatus diu velut a laboribus emeritus conqueuit. Ubi etate postrema moriens: Anno millesimo centesimo tricesimo primo: Hospitalis Hierosolimitani ordinis in domo pauperum sibi habitus induit. Quibus eius corpus inuolutum iacet in monasterio Rumpulli.



Petronilla. Raimūdu.



De Raimūdo Berengario Barcino-
ne comite decimo: qui cum Petronil-
la Ramiri Regis filia fuit Ara-
gonie princeps: et vtriusq; princi-
patus vniōe. Liber tertius.



71
nea
Raimundum
Aragonum.



Raimundum iam nunc Berengarium re-
deo. De quo cum supra scribere cepisset: me ma-
iores et antecessores eius ab incepto diuertere
fecerunt. De quibus quoniam que necessaria
erant omnia dixisse videor: reuertor vnde digres-
sus sum. Raimundus itaq; Berengarius: vt
ante diximus: Petronillaz Ramiri monachi
regis Aragonum filiaz duxit vxorem. Ex qua
filios duos procreauit: Alonsum: cui regnuz Aragonum et Barcino-
ne comitatus reliquit. Et Santium: qui fuit Russinonis et Ceritanie
comes. Filias habuit totidem: Dulciam: que nupsit regi Portugalie.
Et alteram: que fuit vxor Hermegandi comitis Urgelli. Fuit hic Rai-
mūdus Barcinone comes et Aragonie princeps multis et magnis vir-
tutibus excellentissimus. Siquidē prudentia singulari: fortitudine mu-
nificencia: modestia: humanitate: iusticia: ceterisq; prestantissimis ani-
mi virtutibus omnes sui temporis principes excelluit. Fuit etiam corpo-
ris dotibus admodum felix: forma pulcherrimus: et omniuz membrorū
singulari prestantia iuuante natura mirifice compositus. In bello ve-
ro gerendo fortis et cautus et laboris patientissimus. Nam ad Alons-
sum Castelle regem sororium suum contra mauros cum exercitu profe-
ctus: post multa prelia: que fortissime gessit: et hostes acriter oppressit: de-
mus Almeriam ciuitatez obsedit: et continuis oppugnotiōibus captaz
prudenter euertit: propterea quod mauris ex Africa in Hispaniaz trai-
cientibus hospiciū prebebat.

De re ditu eius ad Barcinonam.

Hinc cū exercitu victore Barcinonā reuersus Anno. AD. c. lviij. non diutius conqueuit. Siquidez anno sequēti nobilibus Barcinone principatus adiuuatibus Berthosaz ciuitatē: quas mauri rursus occupauerāt: obsedit: et paucis diebus expugnatas cepit multis hostibus occisis et alijs captis. Hac victoria valde letatus Barcinone ciuibus aurei torquis vsū et alia corporis ornāmēta concessit: et Guillermo Raimūdo mōticatino: Petroq; cognomēto Samenato: qui duo primi contra maurozū propugnationem accerrimā castellum ciuitatis: quod erat armis et alijs rebus premunitū: ingressi fuere: duas capti castelli partes diuisit: tertiamq; partē sibi retinuit. Post autē captas Berthosaz cum victricibus copijs Hilerdā profectus est: in cuius obsidione Guillermu Raimūduz Abonticatinū et alios legatos a rege Ramiro de Petronille matrimonio missos comiter ac letanter excepit. Nam quāq; viso Guillermo Raimūdo Abonticatinō: qui Tarraconis archiepiscopū nuper occiderat et a principatus Barchinone fimbis exulabat: magna animi perturbatiōe repente cōmotus est: vbi tamen eius aduētus causas cognouit: eum libēter audiuit. Cui non soluz de morte p̄sulis impunitatē facile concessit: sed etiā a Romano pontifice veniā et absolutionē procurauit. Et mox Adequinētiam: et alia dedit oppida cū iure proprietatis et in perpetuū. Et Hilerda ciuitate capta euz legatis expetituz matrimoniu confecit. Quod quidā non apud Hilerdam: sed Barcinone confectū fuisse scripsere: sed hoc nihil refert. Hęc igitur Barcinone principatus et Aragonie regni coniunctio facta nostris temporibus alijs aucta regnis additis dei benignitate et virtute Ferdinandi regis: ampliora felicioraq; fore speramus.

De conditionibus ab eo cum legatis regis Ramiri constitutis: et insignibus armorum.

Ubi vero conuētuz de coniugio fuit: legati conditiōes: quas a Ramiro rege premoniti fuerāt: petiuere. Primum vt Raimūduz: quē admodū supra visum est: non rex Aragonie: sed princeps diceretur. Be inde vt Aragonie nomē Barcinone nomini preponeretur: hoc modo. Raimūduz dei gratia princeps Aragonie et comes Barcinone. Tertia conditio fuit: vt in p̄lijs gerēdis eius vexillifer et primipilus ex Aragonibus esset. Que omnia comes Raimūduz facile cōcessit: et iureiurādo ac instrumēto confirmauit: et a successoribus vsq; ad hoc tempus obseruatur. Item statuerūt: vt in p̄lio semper diui georgij nomen inuocaretur: et quibus armorū signis ipsi Raimundo et successoribus esset

Zinea

Regum

Aragonum.

Liber

utendū declararūt: vt scilicet galia et arma capitis essent Aragoniē: que sunt: vt ante diximus: liuidi coloris cuꝝ cruce candida: cruce sancti Iohannis Hierosolimitani persimili. Vestis vero clipeus et equi phalereꝝ rubri coloris et crocei: que sunt arma Barcinonē comitatus. Ador etiaꝝ sua signa Raimundus Aragoniē magnatibus et populis petentibus dedit: et arma sancti Georgij: que Barcinonē principatus erant: et mauroꝝ regū capita quattuor: et crucem rubraꝝ in medio positam: cuius virtute mauros vicerat et eorū reges occiderat. Ubi enim Petronillam duxit vxorem Berthosam: Fragam: Alicantiam: et Abirabetum cepit eorū regibus occisis: quorū capita cum signo crucis in suis armis gestare consuevit: vt et crucis gloriā virtutemqꝫ: et mauroꝝ confusioneꝝ denotaret.



De mauris ab eo victis et pulsis et multis edificatis ecclesijs.

Iterum Raimundus confectis nuptijs cum Petronilla Rami regis filia regniqꝫ coniunctis maiores vires et potētiam natū mauros Barcinonē principatus et Aragoniē regni finibus exterminauit: et trecentas edificauit ecclesias. Fuit enim princeps christianissimus: et in rebus que diuinum cultum fidemqꝫ catholicam videbantur augere tam liberalis: qm̄ feruens et pius. Ecclesias siquidem non edificauit solum: sed etiaꝝ magnis redditibus excoluit: et sacerdotibus moribus et vita probatis comisit. Cesaraugustanę vero ecclesię: preter alios redditus: Albalatum quoqꝫ oppidum celebre dotauit.

De vltione mortis fratris eius et tempore atqꝫ loco sue mortis.

Inde cuꝝ Berengarium fratrem suū Prouincię comitem crudeliter a suis populis occisum cognouisset: in Prouinciā cum exercitu profectus in necis eius vltionem Arletum ciuitates et alia complura oppida castellaqꝫ deleuit. Hinc in Hispaniam reuersus Aragoniē regnum et Barcinonē comitatum non minori prudentia qm̄ fortitudine gubernauit. Obijt: vt quidam scripserunt: apud ciuitatem Januam: in burgo: qui dicitur Sandanna. Idibus Augusti Anno. AD. clxij. Cuius corpus in monasterium Rumpully delatum fuit honorifice sepultum.

2 mea

Regum

Aragonum.

De Alfonso rege Aragonum
sexto: et Barcinone comite.

Alfonsus.



Alfonsus hic vnitus Aragonie: et Barcinone principatibus primus Aragonum rex: et Barcinone comes fuit appellatus. Edidit opera multa preclara non solum viri fortis: sed etiam liberalis et christi cultus amantissimi. Condidit ciuitates Turohumi: et Russinonis: quas nunc: vt supra diximus: Russilionem vocant: et Pallaris comitatus vniuit. Cum rege Castellę diuturna bella magnaq; gessit. In quibus victoriam consequutus ad suos reuersus principatus: Populeti monasterium edificauit: in quo sibi sepulturaz elegit: et ecclesie magnos redditus instituit in perpetuum. Edificauit et alias sanctorum edes et monasteria multa: et alijs in locis: et etiam Barcinone.

De eius vxore et liberis.

Uxorem habuit Sanctiaz Alfonsi Castellę imperatoris filiaz. Ex qua illi filij tres nati fuerunt: et filie quoq; tres. Quorum primus nomine Petrus in Aragonum regnum et Barcinone comitatus: mortuo patri successit. Secundus Alfonso: qui fuit Provincie comes. Tertius vero Ferdinandus primum Populeti monachus: deinde fuit abbas Montis Aragonum. Filiarum prima nomine Constantia: fuit vxor regis Ungarie. Quo mortuo Federico nupsit Romanorum imperatori. Secunda Leonora: fuit vxor comitis Tholosani. Tertia vero nomine Sanctia: nupsit filio comitis Tolose. Mortuus est Alfonso rex Aragonum in oppido Perpignano Anno millesimo centesimo nonagesimo sexto. Septimo calendis Maias. Qui fuit sepultus in monasterio Populeti.

Almea

Rexum

Aragonum.

Liber

De Petro Alfonsi filio Aragonū rege septimo ⁊ Barcinone comite.

Petrus.



Annum agens Petrus Alfonsi filius rex Aragonum vigesimus regni gubernatione suscepta: Adarias Guillelmi Adontis pesulani filiam: et imperatoris Constantinopolitani neptes duxit uxorem. De qua Jacobi filij factus est pater. Fuit autem rex in bello gerendo fortissimus. Qui cum regi Castellano contra mauros auxilium tulisset in ulteriore Hispaniam et in Bethycam provinciam apud Idubedam civitates: que nunc Ebda dicitur: devictis mauris: quorum maximus erat exercitus: insignem victoriam reportavit.

De eius profectioe Romam ad summum pontificem: et eiusdem coronatione.

Hinc Romam profectus ab Innocentio tertio summo pontifice coronatus est corona panis azimi: hoc est sine fermento: in ecclesia sancti Pancratij: quinetiam impetrauit a pontifice: ut quavis ipse Rome coronatus fuerit: eius tamen successores in perpetuum Cesarauguste coronarentur a Tarraconis antistite: quemadmodum privilegio et diplomate: quod Innocentius illi concessit: continetur. Cuius exemplum in monasterio sancti Joannis a pegna custoditur: hoc exordium. Innocentius episcopus servus servorum dei charissimo in christo filio illustri Petro regi Aragonum. ⁊c.

De alijs rebus eius quas Rome gessit.

Rome dum commoratus est cum uxore divorcium facere conatus est. Sed Innocentio summo pontifice non consentiente cum ea vivit. Que tamen Rome post finitam litem regis consequuta coniugium paucis diebus a vita discessit: que sepulta iacet in ecclesia sancti Petri in sacello sancte Petronille. Renunciavit Rome rex etiam iura patronatus: que sacerdotia et beneficia: ut ante diximus gentilia latine dicuntur: omnium ecclesiarum sui principatus. Cuius rei causa summus pontifex Innocentius ei concessit: ut ipse et successores eius in pontificatu vexillum ecclesie ferret cum armis Aragonie: que sunt croci rubricoloris. Concessit etiam ut omnes bulle: que a Romana curia mitterent: essent munitę cordula predictorum colorum. Verumenuero nobiles Aragonum

Linea

Regum

Aragonum.

Barcinonensium principatus omnes de renunciatione iuris patronatus: quod eis et omnibus populis principatus nocitura videbatur: vno ore reclamauerunt: sed voluntati et renunciationi regis de iure patronatus non assentiri publicis instructionibus testati fuere.

De eius expeditione contra Simonem comitem Montisfortis et morte eiusdem.

Sub idem tempus cum Tolosanus comes cum Simone Montisfortis bellum gereret: rex Petrus Roma discedens cum exercitu contra Simonem venit. Quez prelio vicit: et Gallos omnes Simonis exercitus in fugam vertit. Ceterum fugientes Gallos insecutus: et a suis: qui eius cursum adsequare non poterant: remotus longeque digressus: a fugientibus hostibus: qui eum inter se quasi solum viderunt: conuersis circumuentus occisus est. Quo mortuo Simon filium quoque eius Jacobum: quem commendatione patris educauerat: secum retinuit. Quem sepe repetitum ab Aragonie populis et magnatibus liberare noluit: propterea quod Jacobus ipse Simoni Montisfortis mortem sui patris impune remittere iureiurando nolebat. Quapropter Aragonie Barcinonensium principatus nobiles et omnes equites ex comuni consilio legatos Eximium Cornelium: Guillelmum Ceruarium: Petrum Baonium: et templi magistrum Romam ad summum pontificem miserunt. Supplicantes: ut eorum honori et regis Jacobi capti salutem pontifex maximus consuleret. Quo iubente Simon Aragonie et Barcinonensium principatus populis regem suum: quem indignè post necem patris captum tenebat: liberaret: suisque restitueret. Quod si forte Simon a pontifice iussus facere nollet: vnus ex Aragonum legatis apud pontificem Simoni tanquam proditori et pontificali lese sanctitatis reo perduellionis diem diceret. Simon autem comonitus a duobus cardinalibus: quos ad eum Romanus antistes miserat: se nullo modo liberaturum respondit Jacobum Aragonum principes: nisi prius Jacobus ei mortem sui patris iureiurando remitteret. Hoc cum legatis nunciatum esset: vnus eorum nomine Petrus Baonius ad Simonem litteras misit. Quibus eum proditorem appellans ad duellum prouocabat. His litteris acceptis Simon: et a cardinalibus comonitus Jacobum iam liberum et incolumem cardinalibus restituit. Quez illi Romam ad pontificem et Aragonie legatos adduxerunt. Ille autem cum summo pontifici gratias egisset Romam paucos dies comoratus cum legatis Barcinonam se contulit. Habuit preter hunc Jacobum rex Petrus filiam quamdam spuriam nomine Constantiam: que nupsit Guillelmo Raimundo Monticatio: cui dedit nomine dotis Aitonam et alia oppida: Anno, MD. ccxij.

Liber

De Jacobo Petri filio Aragonum
Rege octavo et comite Barcinone.

Jacobus.



Alfonsus qui
patre viuen-
te obiit.

Jacobus qui
successit in re-
gno maiori.

Santius ar-
chiepiscopus
Toleti.

Helisabeth
regina Fran-
corum.

Violanta regi-
na Castellae.

Linca

Costantia uxor
em anuel fris
regis castelle

Maria que
teneris an-
nis obiit.

Leonora que
paruula di-
scellit a vita.

Petrus de
abierbe

Jacobus de
Exerica.

Illegum



Jacobus autem Petri regis fi-
lius ob res magnifice sancteque
gestas: Jacobus rex fortuna-
tus et felicis memorie fuit ap-
pellatus. Qui: v. nonnulli volunt: genitus
fuit quasi diuinitus. Nam cum pater eius
multarum mulierum captus amore teneretur:
a regine Adarie sue coniugis: quam minus
adamabat: lecto concubituque pertinenter ab-
stinebat. Adaria vero regina: que fuit moribus et vita prestantissima fe-
mina: proles admodum cupida: ne moriens principatus et regna sine suc-
cessoribus et legitimis heredibus relinqueret: egit cum regis cubiculario:
ut clam pro puella: quam rex concupuerat: ad eum adduceretur velut puella
honestas satis et verecunda: quam rex nec agnosceret: nec alloqueretur. Cum
ea igitur hac condicione supposita rex una nocte concubuit: quam iam graui-
daz factam cum mane rex et ante dies: ne forte cognosceretur: dimitteret:
non a te inquit illa discedam charissime coniux nisi nos prius in lecto coniu-
ctos aliqui viderint: quibus in posterum si: quod vehementer opto: pepererit:

Ferdinandus
Sancti de
Cast. o.

Petrus ferdi-
nandus de irar

Aragonum.

tecū simul in lecto cubuisse probare possim. Tum rex quāuis delusus letus tamen: regine sue coniugis industria plurimū cōmendauit: et duobus accitis nobilibus actus illius noctis publice notari seruariq; iussit.

De loco et tempore natiuitatis eius: et qua ratione nominatus fuit Jacobus.

Quoniam igitur regina illa nocte: que post nonū menses Jacobū peperit: in Montepesulano: Calēdas Februarias: Anno. AD. cxcvi. Que paritura cum primū dolores sensit et se cōmisit obstetrici: multis orantibus religiosis et equitibus pro salute parturiētis filius edidit. Qui nato summa leticia regis et omnium nobilium per omnes Aragonie et Barcinone principatus populos supplicatiōes et ubiq; res diuine celebrate fuerūt. Infantes natū regina statim ad ecclesiā misit: ad imagines Marię virginis. Cum puero multis ecclesiā ingrediētibus: sacerdotibus: qui matutinas horas recitabāt de infantis aduētus ignari: tunc psalmū canere ceperūt: Te deum laudamus. Hinc ad aliā ecclesiam cū infante uenerūt idem: qui eus deferebāt: ubi sacerdotes etiā ipsis ingressis canere ceperūt: Benedictus dñs deus israel. Tum uero in aula reuersi cū infante regine rem narrauerūt: que summa leticia affecta: Cum rex infanti nomen eligeret duodeci cereos albos eiusdē longitudinis ponderis et crassitudinis accēdi iussit apud altare sacelli in laudē et honorē Marię virginis et duodecim apostolorū. Quorum singula nomina singulis cereis scripserat: uoueratq; ut illi apostoli nomen imponeret: cuius cereus reliquis extinctis et cōsumptis solus diuti⁹ perdurasset. Hac igitur ratioe natus infans: Jacobus fuit appellatus: propterea qd cereus in quo diui Jacobi nomen scriptū fuerat reliquos uirtute superauit.

De educatione et discriminibus et periculis in ea.

Hic igitur modo nominatus infans cū in edibus paternis educaretur magnū discrimen euasit. Cum quidē cognati: qui regnum eius affectabāt: de medio tollere conati sunt. Puerō nāq; in cunis dormiēti supra cubiculū eius foramen instruxerūt: in quo lapides grandiorē posuerūt mox in caput eius casurus. Sed cadētem lapides deus innocētium custos: et pueroꝝ tutor a cunis infantis auertit. Hac re cōperta rex et regina de educādo custodiēdoq; filio diligentiores curam adhibuerunt. Quē post multas electiones: demū Simoni comiti Montiffortis: cui plurimū confidebant: alendus tradiderunt.

De expeditiōe eius in insulas Baleares et gestis in ea.



Linea

Regum


Aragonum.

Liber

Qui post necem patris: de qua supra late scripsimus: a Simone comite Montisfortis Aragonie legatis iussu summi pontificis restitutus Barcinonam venit: ubi diu comoratus post susceptum regnum cum multa preclare gessisset: demum cum magna classe magnoque numero nobilium totius Aragonie regni Barcinonae principatus in insulas Baleares traiecit. Ubi multis preliis fortissime gestis: Maioricarum tandem civitatem defessis mauris: qui propugnabant: et penitus devictis continuis oppugnationibus: murisque perfractis ingressus est: pridie calendas Februarias: Anno, AB. cccxix. Capta autem civitate ex tota insula mauris expulsis eorum bona mobilia militibus impartitus cum exercitu victore in Hispaniam rediit. Et Valentiam brevi tempore cepit fugatis mauris. Hinc adeptus est et Andurcie provinciam usque ad Carthaginem novam. Quae bella confecit anno, AB. cccxij.

De eius vxoribus et liberis.

Adolescens adhuc puellas quandam adamavit nomine Tiresiam: Joannis Bidoure filiam. Quas cum neque blanditijs ullis neque muneribus allicere potuisset: nocte quadam in domus patris ipsius puellae se contulit: ibique latuit. Post autem mediam noctem cunctis iam dormientibus puellae cubiculum ingressus ad eam tandem peruenit. Quae eum in sui amorem flagrate cognoscens dixit se nullo modo cum illo rem habituram: nisi fide et iureiurando coniugium promitteret. Ille autem cum primum de coniugio recusasset: et puellae cuncta praeter nuptias pollicitus esset: eamque flectere non potuisset: amoris iam stimulis agitatus: viro quodam adhibito: qui eum observabat: Tiresiam puellam Joannis Bidoure filiam sibi uxorem fore iuratus est. Optatis igitur potitus amoribus ex Tiresia duos filios progeniit: Petrum cui dedit castrum a herbe: et Jacobum: quem fecit dominum castrum Exerice et multorum locorum iuxta Valentiam. A quibus locis cognominati fuerunt: et regia sumpserunt insignia: quae maternis armis circumdaverunt. Quos etiam rex in testamento legitimos filios nominavit in clausula quadam legati eius testamenti: quae sic incipit. Item filios meos Jacobum et Petrum quos legitime suscepimus ex domina Tiresia Egidij de Bidaura instituimus nostros heredes in castris et villis: quae et quas dedimus eisdem cum carta prout in ipsis plenius continetur. Ceterum Tiresia post haec a rege: ut nuptiae et matrimonium solemniter celebrarentur: efflagitante: de regis ipsius matrimonio cum Leonora Alfonsi Castellae regis filia legatis ultro citroque missis agi ceptum est. Et a multis rex Jacobus persuasus: ut Alfonsi Castellae regis filiam potius habere vellet uxorem: quam Tiresiam Joannis Bidoure: legatos in Castellam



Linea

Regum

Aragonum.

misit ad matrimonium conficiendum. Quod cum intellexisset Tiresia statim procuratores in Castellam misit: qui die quo sponsalia fierent: matrimonium: quod rex Jacobus Tiresie fide iureiurando testibusque confirmauerat: publice denunciarent. Quam rem cum procuratores ex condito iussusque Tiresie diligentissime fecissent: rex Jacobus indignatus Tiresiam capere conatus est: eam: ut nonnulli opinantur: ut occideret. Illa vero sibi periculum metuens a rege: paruo suorum consanguineorum comitatu clam fugiens Romam se contulit. Hinc regi litteras citatorias misit: quibus eum prouocabat ad causas pacti patrimonij coram summo pontifice disputandas. Pontifex autem partibus auditis cum Tiresia sine testibus: nam miles unus: qui iureiurando regis interfuerat: a vita discesserat: matrimonium sola probare non potuisset. Jacobo regi permisit: ut cum Leonora Castellę regis filia matrimonium contrahere posset. Quam rex auctoritate pontificis uxorem duxit. Ex qua filium progeniuit Alfonso.

De eius accusatione apud summum pontificem.

Quæterum rex Jacobus et eius uxor Leonora post confectas nuptias: et Alfonso filio iam adulto apud pontificem Romę nec opinantes delati fuere. Propterea quod consanguinitatis gradu coniunctissimi matrimonium contrahere sine consensu summi pontificis non poterant. Quamobrem legatos rex ad pontificem misit oratum: ut consummatus iam connubium confirmaret. Gregorius autem summus pontifex: quoniam rex Jacobus et Tiresiam primam coniugem deceperat: et Leonoram sibi cognatione valde proximam dolis subrepticis uxorem duxerat: illorum matrimonium non solum confirmare noluit: sed etiam dissoluit: et in perpetuum diuortium nunciauit. Alfonso tamen filio legitimo remanente. Litterasque concessit: quibus eum legitimum fecit. Quę quidem litterę sunt in forma propria sigillo plumbeo Gregorij summi pontificis munitę. Quas si quis legere voluerit: inueniet in archiuario regni in domo deputationis.

De discordia eius cum Alfonso filio.

Uterum enim uero facto diuortio cum Leonora coniuge iussu pontificis: Alfonso eius filius matris iniuriam et separationem moleste ferens: Jacobo patri: qui eam sibi consanguinitate coniunctam uxorem duxerat: bellum intulit: totamque fatigauit Hispaniam. Donec res inter patrem et filium quęstioque mirabilis arbitrio regni commissa prudenterque discussa finem bellis imposuit.

Tiresia



Regum

Aragonum.

Liber

De vltima eius vxore et liberis.

Quando rex Jacobus Alfonso filio vita defuncto: quonia iuuenis adhuc erat: vxore duxit **H**iolesiaz: que alio nomine dicebatur **A**rdeura: filia regis **U**ngarie. Que primu filiu peperit nomine **P**etrum: qui patri fuit heres in **A**ragonie regno et **C**alitie **B**arcinoneq; principatu. Post **P**etru genuit **J**acobus: qui successit in regno **B**alearium: id est **A**baiozicarum: et comitatu **R**ussinonis et **C**eritanie ac in **A**bdonte pesulano. Tertio partu edidit **S**antiu: qui fuit **T**oletanus antistes: et preliu contra mauros ingressus occubuit. Peperit etiaz filias quinque: **H**isabellam: que nupsit regi **S**alozu: **E**iolantaz: que fuit regina **C**astelle: **C**onstantiaz: que fuit vxor **E**manuelis fratris regis castelle: **M**aria: que teneris annis obiit in **B**aroca ciuitate: et sepulta iacet **E**sfarauguste in templo sancti saluatoris: **U**ltima genuit **L**eonoraz: que ite paruula discessit a vita: iacetq; in monasterio **B**oneuallis in principatu **B**arcinonensi. Suscepit preterea rex **J**acobus ex alijs feminis filios duos: **P**etrum **F**erdinanduz scilicet: et **F**erdinandum **S**antium. Et **P**etro quidez dedit **J**rar oppidum: a quo oppido **P**etrus titulum et cognomen accepit: et regis **N**auarre filiam duxit vxorem. **L**uius filij et reliqui successores armis et insignibus **A**ragonum: et **N**auarre cathemis vsi sunt. **F**erdinando vero **S**antio dedit oppidum nomine **C**astrum: huius etiam successores a **C**astro cognominantur: et armis vtuntur his: que sunt hoc in loco depicta.



De eius expeditione contra mauros Granatenses,

Non obmittaz: quod nunc mihi venit in mentem: regis **J**acobi magnu facinus et memorabile. Quippe qui requisit a rege **C**astelle genero suo: vt simul cum eo bellu mauris **G**ranatensibus inferret: velut inuitatus ad nuptias expeditionez libentissime suscepit. Et bipartitis exercitibus **C**astelle rex cum terrestribus copijs **G**ranatam profectus ea multis tormetis et telis oppugnare cepit. **J**acobus vero rex **A**ragonu post aliquos dies cum magno pugnatoru numero ex littoze **B**arcinone classem soluens **A**lmarie: quaz mauri redificauerat: applicuit: et equitibus expositis in littoze primuz campos omnes et hortos igne ferroq; vastari iussit. Deinde ciuitatem machinis et telis terra mariq; acriter oppugnat. Tormentis offensi mauri propugnates muros ciuitatis deserunt. **C**hristiani summotis hostibus propius accedunt. Paucis diebus muri machinis concussi lapsuz ruinamq; iam significare videbantur.

Almea
















Regum

Aragonum.



tur. Quod animaduertentes mauri cum se tueri non possent impetratis inducijs ad colloquium venerunt: regioꝝ christianorum si discedere vellet ab obsidione: magnum vectigal soluendum quot annis obtulerunt. Quibus rex Jacobus respondit: Hispanoꝝ moris esse a ciuitate iam expugnata et victis hostibus primum ciuitatis portas: et deinde vectigal accipere. Itaq; si prius ei portas ciuitatis attulerit: postea tributuz: quod offerant vltro: libeter accipiet. His verbis regis hostes nraꝝ perterriti illi ciuitatis omnes portas a valuis conuulsas attulerunt. Portis igitur allatis de tributo conuenerunt. Ceterum cuz Castelle regis equites hoc audiissent: inuidia comoti: propterea quod rex Jacobus quindecim dierum spacio nec amplius tam magnū facinus egerat: et rex Castelle quattuor iam mensibus nihil oppugnado fecisset: suo regi persuaserunt victoriaꝝ et honorem regis Aragonū Castellanis omnibus et eorū regi magno dedecori futurum. Quorū vocibus indignis prauisq; consilijs Castelle rex impulsus paces cum mauris Granatensibus et amicia confirmauit: et ab obsidione ciuitatis cum exercitu discessit. Quibus abeuntibus mauri Granatenses obsidione soluti magnuz Almarie subsidiū confestim miserunt. Quo superueniente rex Jacobus inde discedere coactus est: ne mauroꝝ ingenti multitudine circumuentus opprimeretur. Verumenuero sui generi causa de pace et amicia: quaz cū mauris confirmauerat: intellecta: vehementer indignatus Carthaginensem prouinciaꝝ: que Castelle regis erat: cum exercitu percurrens pene totaz vastauit: et Castelle regnum hostiliter ingressurus generoꝝ bellum acrius q̄ mauris illaturus erat: nisi cum liberis ad eū filia eius Castelle regina venisset. Que patres filijs ad pedes eius flentibus expositis mitigare vix potuit. Siquidē rex multis filie precibus et nepotuz lachrimis aut nihil: aut parum comotus: Dionisij Portugalię regis filij supplicatiōibus: et Petri CesarAugustani presulis et aliorum nobilium consilijs persuasus ire: quam maximā conceperat: tandem cessit: conditionibus propositis: vt idē presul et Dionisius ceteriq; nobiles tanq̄ iudices vtriusq; regis causas cognoscerent: et totam litē componerent: pacemq; confirmaret. Quorum viroꝝ sententia fuit hęc: vt rex Aragonum de Abursie regno: quod armis victis mauris acquisiuerat: ad oppido quod castrum Sualdalcamar appellatur: possideret vsq; ad Oriolam ciuitateꝝ: partem vero reliquaz rex Castelle. Qui tamen Aragonuz regi socero suo pecunias: quas in acquisitione illiꝝ prouincię consumpserat persoluere teneretur. Huiusmodi sententia in aula Valentie ciuitatis reperitur in registris eius ad verbum perscripta.

De Jacensi moneta ab eo confirmata: et insigni laude ciuitatis Bilerde.

Multis Aragonie nobilibus atque populis supplicatibus Jaccen-
sem monetam: id est in Jacca ciuitate percussam iureiurando con-
firmavit: ut neque mutari: neque alijs signis imprimi posset. Quae quidem
moneta Jacce percussa fuit Anno. **AD.** cccxxvi. Pro cuius monetae con-
firmatione et stabilitate ipsi regi datus est aureus nummus quolibet sep-
tennio soluendus ab his: quorum res familiaris valeret nummos aureos
decem. Propterea quod illis temporibus septem solidos nummus aure-
us valebat. Quod hac ratione factum est: quia ante quam huiusmodi mo-
netae confirmatio fieret: reges omnes monetam facere consueuerat: quo-
rum vnus quisque suo signo monetam percutiebat. Quapropter moneta
nunc illa Jacensis diuersis temporibus excussa multiplex et formata va-
rijs impressiōibus inuenitur. Ideoque rex Jacobus in Arago-
nia monetam Jacensem huius formae  constituit. In
principatu autem Barcinone huiusmodi  ma-
denarium fieri iussit. Et in regno valentiae huius figure  con-
stituit. Siquidem nummi Jacenses alij: aliam  for-
mam  habebant. Alij enim erat haec figura 
et haec  in alijs. hanc  habebant alij: et in alia par-
te ca-  put vnus sine  corona. Ideoque nobiles aragonum
populi regi supplicarunt: ut Jacensis praefigurata moneta suis in perpe-
tuum signis: hoc est duabus crucibus: cuderetur. Venerunt autem
Barcinonenses ex altera par-  te figuram hanc:  et in alte-
ra crucis huiusmodi formam  habebant. Valen-  tiae vero mo-
neta cum vnico lilij flore cu-  ditur. Quod signum tanquam munus
accepit ab Hilerda ciuitate. Nam cum rex Jacobus Valentiam mauris
plenam propugnatoribus obsideret: conuocatis ducibus et cuiusque ciui-
tatis praefectis: constituit cunctis assentientibus: ut quae ciuitas primum
Valentiae muros oppugnando prouinceret: et ciuitatem ingrederetur:
ea in suae virtutis et honoris memoriam Valentiae colonias mitteret: et
pondera: mensuras: et monetae signum conferret. Cum igitur Hilerde
ciues acriter oppugnantes primum Valentiae muros diruissent expu-
gnatam ciuitatem: mauris fugatis et occisis ingressi summa leticia ge-
stientes ei: prout rex imperauerat: cultores adolescentes numero mille
totidemque puellas virgines tradiderunt: et cum mensuris et ponderi-
bus Florem lilij vnum: quo monetam insignirent. Nam prius Hiler-
da quattuor in suis armis et insignibus Lilij floribus utebatur: nunc
vero tribus duntaxat. Quamobrem Valentiam gratissima ciuitas in li-
teris: quas ad Hilerdam scribit: eam matrem semper appellat: et in ma-
gnis rebus non secus ac parentem charissimam consulit: et Hilerda
Valentiam filiam vocat: Cuius commodis et honoribus diligenter in-
cumbit.

Moneta

Regum

Aragonum.

De liberalitate eius erga milites.

Alimi magnitudine et munificentie splendore cunctos sui tempo-
ris principes superauit. Quippe qui **A**baiozicarum ciuitate ca-
pta mauroz bona et predas omnes militibus diuisit. Inde in **I**bispa-
niam reuersus cum **V**alentiam ciuitatez et eius prouinciaz armis cepis-
set preter predas et magna dona: que precipuis equibus distribuit: tre-
centis etiaz militibus census equestres et magnos fundos dedit in per-
petuum. Et regi **C**astelle genero suo magnaz **C**arthaginensis prouin-
cie partem: a qua mauros fugauerat: sponte reliquit.

De loco et tempore mortis eius.

Quam esset rex **J**acobus **F**actiuę: multis defatigatus laboribus: et
senio iam confectus pro fluuio ventris et febre vexatus in lecto decu-
buit. Sed egrotans in **A**lgeziram e **F**actiua lectica delatus est: vt hinc
ad **P**etrum filiu: quem apud **F**actiuaz cum exercitu reliquerat: ciba-
ria et res alias ad belli vsum necessarias mitteret. Ceterum hic veheme-
ntiori febre morboqz grauatus se moriturum pene cognouit. Ideoqz vir
christianissimus: omnibus negocijs et humanis rebus omittis: anime
statim prudentissime consuluit. Accito enim patris sacerdoti magna
contritione confessus omnia ecclesie sacramenta deuotissime recepit.
Postero autem die non minori diligentia testamentum condidit. In
quo **P**etrum filium natu maiores in regno aragonum: **V**alentie: et co-
mitatu **B**arcinone reliquit heredem. Et **J**acobum filiu minorem in-
stituit in regno **A**baiozicarum: **R**ussinonis: **C**eritanie: et **A**ontispe-
sulani. Hoc modo testamento celebrato **P**etru filiu ab exercitu vocari et
ad se venire iussit. Cui coram multis nobilibus cum ea: que testamen-
to scripta fuerant: recitasset: primuz dei cultum et res omnes diuinas: et
deinde fratrem **J**acobum: et omnes equites: domesticos familiares: et
populos diligentissime comendauit. **P**etrus autem genibus flexis pa-
tris manus et pedes osculatus: eius omnia iussa libentissime se facturum
respondit. **H**is rebus confectis: rex: vt qui rebus humanis omnino re-
nunciat: sibi **C**isterciensis ordinis habitum induit: et de rege se mona-
chum et religiosum fecit. Atqz deo seruire maxime cupiens **P**opuletu
proficisci statuit: ibiqz permanere. Ceterum cum ex **A**lgezira **V**alen-
tiam delatus esset: ibi grauius egrotans vitam finiuit: Anno millesimo
ducentesimo septuagesimo sexto. Octauo Idus Augusti: et etatis sue:
Anno, lxxij. Qui nunc iacet in monasterio **P**opuleti.



Liber

De Petro Jacobi filio Aragonū rege nono:
et Barcinone comite: qui post Manfredū so-
ceruz Sicilie regno successit. Liber quartus.



Petrus Jacobi regis filius adhuc viuente necnō inui-
to patre: Constantias Manfredi regis vtriusq; Sici-
lie filiā duxit vroz. Quēquidem Manfredū Caro-
lus regis Gallorū frater Sicilie regni: quod imperu-
dum a summo pontifice obtinuerat: cupiditate captus:
de medio tollere cū sepius cogitasset: eum tandē ocul-
tas molitus insidias agredi statuit. Nam cuz primum regni Neapolis
omnes fere nobiles magnis muneribus et multis largitiōibus maioraq;
dona pollicitus: vt a rege suo Manfredo deficerēt: subornasset: deinde
cuz magnis copijs in Italiā venit Neapolim versus profecturus. Cui
Manfredus equituz suozū proditiōnis ignarus obuiā ire non dubita-
uit. Comitatus igitur hostibus domesticis et familiaribus aduersus Ca-
rolum proficiscitur. Sed erat ei preterea aliud nō minus incomodum:
propterea quod vbiq; per Italiā fere totā timebatur: et precipue Ro-
manis: et Florentinis formidolosus erat. Quibus magna damna et mul-
tas iniurias intulerat. Nam cuz Carolus magnis copijs Romā per-
uenisset: Florentini: vt in historia Florentie scribit Leonardus Aretinus:
et alij plures scriptores meminerūt: hęc ab initio prospiciētes per aduer-
sas faciones domo eiecti: magnā in spem venerāt in sua redeūdi. Itaq;
studio et diligētia preueniēduz rati per legatos ad Clemētem quartuz
summū Romanę sedis antistitē missos: et operam suā contra Manfredū
polliciti sunt: et vt eos nouo regi cōmendatos faceret postulauerūt.
Percūctanti Clemēti de eozuz viribus et statu: hęc ferme referūtur. Vi-
ros esse militares grādi numero: armis equis affatim structos: hos diē-
tum magnaz item sequi manū. Senioruz preterea ac eozū: qui in bello
gerēdo minus apti viderētur: magnuz numerū superesse. Hanc totam
multitudinē vrbibus Etrurie a Manfredo suisq; quod aduersa secta:

retur: expulsam in exilio ipso nomen et gloriā sibi per arma virtutemq̄
 peperisse. Jam vero in Gallia horū opera nō stetit soluz Romanę se-
 dis fautores: verū etiam depulsis aduersarijs superiores esse. Pontifex
 excellētiam virozū admiratus: magnūq̄ eius belli momētum in eozū fi-
 ducia reponens: oblationē grato se recipere animo: et sibi comendatio-
 nē curę fore respōdit. Cohortat⁹ deinde ad persecutionē virtutis: vt eos
 sibi partibusq̄ suis magis coniūgeret: insigne suę gentis propriuz illis
 ferendū perpetuo donauit. Ea est imago rubentis Aquilę ceruleuz dra-
 cones vnguibus prementis. Id tunc insigne de pontifice susceptū exu-
 les habuerūt. Tunc igitur et sua ipsi sponte: et pontificis hortatu egre-
 gie se preparātes: Guidonē: cui cognomento Guerra fuit: Virum con-
 silio manuq̄ prestātes sibi ducem prefecerūt. At vbi primum regis co-
 pias appropinquare cognitū est: obuiam illi in agro ADantuano profe-
 cti: Gallos in admirationē sui decoris conuerterūt. Ornati siquidem ar-
 mis equisq̄ et ceteris: quibus militares insigniūtur viri: etiā inter Gal-
 los valde conspicui erant. Suscepti ergo benigne a prefectis regis: et
 vnam iter facere rogati: quod Etruria validis aduersariorum presi-
 dijs tenebatur: et simul quod in ea implicari bello haud quāq̄ Galli
 volebant: per flāminiaz atq̄ vmbriam Romam petiere. Gratissimus
 fuit Carolo Etruscozū aduentus: vtpote qui primi ex Italicis sese illi
 coniūxerant. Et accedebat pontificis comendatio grauis: et ducuz: qui
 cum illis iter fecerant: fidei simul virtutisq̄ testimoniū. Itaq̄ benigne
 eos allocutus rex amplissimis verbis gratias egit: quod suos per igno-
 ta loca et impacatas regiones iter facientes egregia virtute indultia-
 q̄ adiuuarint. Eniuero magna a se premia expectare eos debere: mo-
 do si felicitas adsit: quā pietas et iusticia et profecto suę vires et amico-
 rum certissimaz pollicētur. Sedq̄ ita domo animatū venisse: vt nomine
 dumtaxat regio contētus esse velit. Ceterum ac victorię premia his: qui
 secum militauerint: partituro. His itaq̄ huiusmodi verbis cum tan-
 dem finē rex fecisset: Guido quem sibi prefecisse Etruscos diximus in
 hunc modum locutus est.

Oratio Guidonis ad Carolum pro Florentinis.

A si nostruz erat Rex inclyte tibi potius gratias agere q̄ te no-
 bis: tuā tamen ⁊ humanitatē libenter agnouim⁹: et eaz cū fortitu-
 dine ceterarūq̄ virtutuz tuarū cumulo adiūctaz esse magnopere gaude-
 mus. Nos quidē seuiicia ADanfredi patris pulsi sedibus: nō quantus
 ardor est exhibere moduz possumus. Et hec ipsa que restāt corpora et la-
 certos prestare magis cū tempus poscet: q̄ nunc intēpestiue ostentare
 iuuabat. Tibi autē gratias agere et habere nos conuenit: quod vagis

21 mea

Regum

Ataque



errantibusque tanquam salutare sydus celitus nobis effulgens: vias ac spem
 remeadi domus: quam primo non cernebamus: apparuit: tua enim summa
 virtus stragem hostium: ac per eorum ruinam reditum nobis in patriam certis-
 simum pollicetur. Pro te igitur ne dum quod paucorum dierum iter duces
 tuos persecuti qualescumque operas impedimus: sed ne cum in vulnera qui-
 des ac ferrum ruerimus satisfecisse tibi actus in nos meritis existimabi-
 mus. Atqui due: uti nos putamus: res ad fides belli plurimum valent: com-
 mune hostis odium: et expetita victoriae premia: utriusque accommoda. Hec duo
 Florentinis et terrisque Tuscis: qui tua signa in hoc bello secuturi sunt: con-
 venire videmus. Nec enim fuit: nec esse debuit aduersus vllum vniquam ma-
 ius et ardentius odium: quam nobis est in Manfredum. Quippe qui non solum
 has recetes: quas nuper ab eo perpessi sumus clades: sed danatas iniu-
 samque stirpem et patris et aui et proauiniurias in filio prosequimur. Hec
 enim scelesti nephadaque familia ab extrema Germanorum barbarie exur-
 gens: fortunatos tranquillosque per idem tempus Etruriae populos ad vul-
 nera ac sanguinem et urbium vastitatem perpulit: nec vllas iam multos an-
 nos calamitates vidimus: quarum hic non fuerit semel et causa. Verum hec
 communia mala et ab utraque factione: si modo penitus non desipiant: pari-
 ter deploranda. Illud proprium nostrarum partium: quod nunquam pontifices
 Romanos hec familia persecuta est: qui nobis quoque: qui eadem sectaba-
 mur: fuerint ab eisdem persecutoribus clades infligere. Federicus huius
 proauus: qui Sueuorum nomen Romanum principis falso induit est: quam ne-
 pharia molitus sit non ignorare te credimus. Sensit Italia non Roma-
 num imperatorem: quem ille falso se metuebatur: sed novum Hannibalem adue-
 tasse: qui cum Mediolanum urbem inclytam: ac maximum Romanum impe-
 rij ornamentum hostis et barbarus euertisset: exarsit per Etruriam vene-
 nata malorum semina: cum civili discidio per singulas urbes factis malos
 foueret: bonos persecuteretur. Secutus est huius acerbitatem Henricus fi-
 lius eius: qui ad scelus paternum summam ipse ingratitude addidit: post
 regni munus liberalissimum persecutor acerrimus factus. Successit in here-
 ditate scelerum alter Federicus huius Manfredi pater. His quid ad-
 uersus pontifices molitus sit memorare quid attinet? Narrant enim et
 narrabunt quamdiu memoria hominum fuerit: concilia aduersus illius
 vesaniam Lugduni celebrata: cum pontifex Italia profugus vix ultra
 flumen Rodani tutum ad damnandum huius perfidiam locum inuenerit.
 Hec tibi nota sunt rex et cum tue domus laude coniuncta. Sed quid aduer-
 sus nostrarum partium homines putas illam seueritatem per hec ipsa tempora edi-
 disse. Cum quanto magis irritaretur: tanto aduersus pontificis fauor-
 es illi rabies atrocius insaniret. Pulsi tunc urbibus nostri exularunt. Ca-
 stellis et arcibus: quibus se receperant: obsessi sunt. Qui vel fortuna aliquo
 belli: vel longa obsidione in eius manu peruenerunt: barbaram illius cru-

delitatem experti: per varia et inaudita supplicia vitam amiserunt. Sunt multi in hoc cetero: quos vides: quorum ille parentes aut fratres aut agnatos necavit: qui nunc arma tecum ferentes eadem illa supplicia in filio deposcunt. Affulserat tandem post huius mortem pariter fortuna: nobis restituta patriam Manfredus iterum dissipavit. Itaque illud satis certum exploratumque est: nos nunquam quietem habituros: nisi haec familia funditus deleatur. Quare et veteri odio et presentis spe quietis ita nos ardere in Manfredum puta: ut omnis acceleratio ad eius perniciem segnis ac tarda nobis videatur. Solet vero nonnunquam mentes hominum sollicitas reddere premiorum suspicio: quotiens is: qui plus potest: sine gravi iactura exsoluere promissa non valet. Absunt haec a desiderio premiorum nostrorum. Nos enim ea sequimur premia: quae nihil commoditati: nihil potentiae tuae detractura sunt: sed vis ac robur allatura. Non enim agri: neque urbes hostium bello captae: sed reditus in patriam nobis premium sit. Sic autem statuimus: et tua in regno potentia nos in Etruria servabit: et ipse velut murum habebis ad vim: si qua unquam regno tuo imineat: ab ea parte propulsanda. Summa igitur erga te fide hos fore homines persuade: quos et commune hostis odium: et communis utilitas tibi coniungit. Illud vero tanquam summum addidisse volumus: ut tanti finito bello nos feceris: quantum in ipso bello promereri spereris: devotos certe et addictos tibi utrumque habebis.

¶ De prelio gesto inter Carolum et
Manfredum apud Beneventum.

Hac oratione magis Florentinorum voluntate perspecta: Carolus multo maiori fiducia cum Gallis et Etruscorum copiis Neapolim versus contedit. At Manfredus contractis undique copiis apud Samnium statuit hostibus occurrere. Quod ubi Carolus intellexit: ipse quoque Samnium petit: ac demum iuxta Beneventum uterque constitit. Hic primus instructas copias in aciem Carolus eduxit. Nec detraxit pugnam Manfredus. Sed eductis in aciem copiis fortunae se offerens signum prelio tuba dari iussit. Concursus est acriter utriusque: pugnaque diu fuit anceps germanis: pro Manfredum: Gallis et Tuscis: pro Carolo enim dimicantibus. Nec milites solum: sed et reges ipsi comminus pugnantibus plurima ea die discrimina pro victoria subiere. Post longum certamen Caroli fortuna felicior. Siquidem profligatis Germanis Manfredus acerrime pugnantis occiditur. Quo prelio praeter magnas utriusque factionis cedem: multi quoque nobiles et ignobiles capti in manus victoris deventerunt.

¶ De Conradini imperatoris aduentu
in Italiam contra Carolum.

Linea

Regum

Aragonum.

Anno vero sequenti cum Carolus in Etruria ciuitates: que Fe-
 dericum et Manfredum secute fuerant: preter Senenses et Pi-
 sanos ad se tradurisset et domitare conaretur: Conradinus in Itali-
 am Tridentumque iam peruenisse nunciatur: et in vrbe Roma ac Sici-
 lia magni motus afferuntur. Quarum rerum causa fuit hec. Hispani
 viri duo regij generis erant. Arrigus et Federicus. Ibi aduersus fra-
 trem regnum in Hispania gubernantem insensi tandem patria extorres
 exularunt. Collectaque virozum manu: quando se contra fratres nil pro-
 ficere posse existimabant: in Affricam transgressi Tunete apud regem lon-
 go tempore meruerunt. Ibi preda simul et stipendijs ditati: cum de co-
 muni tandem fortunis consultarent: placuit vt Arrigus: qui ma-
 ior natus erat: cum omni pecunia et cetera gaza Italiam traiceret: Sar-
 dinie regnum a pontifice maximo petiturus. Velatus igitur e Cartha-
 ginis portu: cum ex consilio Italiam pontificemque adisset: fauore uti-
 tur Carolo: qui nuper victo Manfredo magna apud pontificem gra-
 tia preualebat. Et erant sane Arrigus et fratres eius artissimo consan-
 guinitatis gradu materna stirpe Carolo coniuncti. Quamobrem et
 necessitudinis iure: et procurationis beneficio inductus petenti Caro-
 lo magnam pecunie vim Arrigus mutuat. Sed dum pontifex de regno
 deliberat: et Caroli gratia concedere parat: ortis in vrbe Roma sedi-
 tionibus: ciuibusque ad arma ruentibus: ad sedendas eas tempestates a
 Romanis Arrigus exposcitur: ac ex Viterbio: vbi tunc pontifex erat:
 Romam vocatur. Senatusque potestas volente populo illi tribuitur.
 Pacata itaque vrbe: cum veluti dominatum iure partum nullo pontificis
 respectu exerceret: ac maiora quedam moliri videretur: pontifici simul et
 Carolo in suspicionem venit. Ob id intermissum Sardinie negocium
 est a pontifice: et Carolus repetenti mox pecunias: ne maiores ad no-
 cendum facultates illi adessent: bono consilio haud quamquam reddebat. Le-
 perat Arrigus iam inde ab initio contrarias pontifici Caroloque factio-
 nes magis fouere: vtramque tamen intra Urbem equitatis simulatione
 continebat. Et vero suspicionem pontificis aduertit alienus subito fa-
 ctus: Pisanos ac Senenses ceterosque huius factionis homines occul-
 te sollicitare cepit. Ad Conradinum item mittere fauorem suum fra-
 trisque: ac Romanam urbem: si aduenerit: polliceri. Itaque ad Federi-
 cum Conradus Capitius Neapolitanus tunc exul regni cum vna Pi-
 sanorum nauis missus est: litteras ferens ab Arrigo fratre: vt cunctis
 post habitis: ex Africa in Siciliam ad res innouandas traiceret. A con-
 radino etiam frequentes ad Sicilie populos et paternos amicos litte-
 ras Regio nomine scriptas detulit. Adurata igitur re Federicus:
 et Capitius in Siciliam transeunt ducentos milites Hispani generis:
 Totidem Germanos: Tuscos vero quadringentos secum traduxere.

Zinea

Regum

Ziragonum.



Ubi spargendis Conradini litteris et maioribus quā attulerant profu-
tendis breui admodum tēpore Siciliam fere totam: præter Siracusas:
Messanas: et Panormū ad defectionem cōpulerunt. Et simul Ro-
mē dum de Sicilię motu auditum est: Arrigus non vltra cunctandum
ratus: viros amplissimos principes ciuitatis: qui Guelfarum partium
erant: ad se in capitolium euocatos armatorum corona circumdat. Ex
his Neapoliones et Mattheum Ursinos gratia homines summaq; no-
bilitate confestim: ne quis motus in Urbe suscitetur: extra Urbes capti-
uos delegat. Joannes vero et Lucam Sabellos in capitolij carcere as-
seruat. Diuerse autem factionis hominibus licentias impunitatemq;
promittit. Ita repente mutatis rebus eodem pene tēpore de Conradi-
ni aduentu ac de Romanę vrbis motu Sicilięq; defectus Carolus cer-
tior factus ancipitiq; perculsus malo Senensium Pisanozumq; curam
omittere: ac velut ad domesticum extinguēdum incendiū properare co-
actus est. Relicta igitur parte equitatus in Etruria: ne Conradino
veniente ciuitates: quę in fide eius erant: præsidio vacuę forent: reliquę
omnes copię a Carolo contrahuntur: et per Brutios et Lucanos itemq;
per Siciliam ad inhibendas defectiones præsidia summituntur. Per
idem fere tempus Pisani quattuor et viginti naues longas ad popu-
landam maritimam oram sollicitandasq; ciuitates aduersus Carolū
dimisere. Edictumq; erat: vt cum littus Italię satis lustrassent: exu-
lesq; magna illorum vis ea in classe vehebatur: suis locis exposuissent:
in Siciliam ad Federicum et Capituū peruaderent auxilio partium:
si quid expediret futurę. Conradinus in Italiam venientes supra decē
Germanorū milia vsq; Tridentū profecuta sunt. Inde seu pecunia-
rum inopia: seu quod satis virium sibi afferre in Italiam propter studia
partium existimabat: ad tria milia delectorum equitū retentis: ceteras
multitudinem domum remisit. Ipse tridento profectus secus Athesim
fluuium Veronaz peruenit. Inde ad dexteram flectens in Ligures du-
xit. Nam recto quidem itinere haud quā petere Etrurias tam exiguis
copiis ausus est. Bononiensibus: Reginis: Mutinensibus et alijs
quibusdam ciuitatibus cum pontifice Caroloq; sentientibus: populisq;
Etrurię Appennini iuga obsidere paratis et transitu Germanos arce-
re. Quare Ligures petens cum ad lictus inferi maris descendisset: ipse
quidem cum paucis mari delatus: copię vero per Lunensem agrum pe-
destri itinere Pisas uenire. Paucis hic diebus ad quietem assumptis:
cum Pisanis ac ceteris suę factionis: qui ad eum ex omni Etruria quā-
tum ad neminem nuq; gratulabundi gratia conuenerāt: Lucensium in-
greditur fines. Erāt Lucę Caroli equites: quos in Etruria hoc ipsius
supra ostendimus: a Carolo dimissos. Et præterea Florentinorum cete-
rarumq; ciuitatum ingentes equitum peditumq; copię.

De prelio gesto ab equitibus Conradini aduersus exercitum Caroli.

Nomines obuias hostibus egressi ad duo fere passuum milia quasi pugnaturi constituerunt. At Germani et ceteri: qui cum Conradino erant: aduersas aciem intuentes: se ad pugnam compararunt. Flumen e proxima fluens palude acies dirimebat. Hec dum utriusque ut alteri prius transeat expectant: spacio diei frustra consumpto: cum nihil aliud quam sese inuicem conspexissent: irrita mora demum abcessere. Conradinus haud multo post Hispanis mouens per Florentinum agrum Bonicius peruenit: paucis diebus circa ea loca moratus: cum omnibus copiis Senas contedit. At equitibus Caroli: quos presidii causa relictos in Etruria diximus: hoc propositum erat: ut equis fere itineribus cum hoste per amica vadentes oppida suis facerent animos: et hostes a populatibus cohiberent. Itaque ut Senas peruenisse Conradinum intellexeret: ex Florentino agro Aretiaz: nam ea tunc ciuitas in Caroli partibus fidelissima erat: transire pergunt. Cumque Aricis peruenissent Florentinorum equitatu comitate prefectus Caroli quasi in se satis virius esset dimissis Florentinis equitibus et offerentium ultra prosequi repudiata opera: cum suis Aretium versus ire perrexit. At hostes id futurum suspicati ducibus Florentinis exulibus decem fere passuum milibus ab Aretio insidias locant. Iter est per angustum inter sinistros montes et Arni ripas: varioque conueru valli aptissima insidiis loca. Eo cum Caroli equites neque explorato neque satis composito agmine descendissent: Conradini equites repente signo dato a fronte et a tergo simul inuadunt. Occupatur pons a Germanis: et quod facile erat transitu arcentur: alij simul terga premunt: alij desuper tela conuoluunt: ita in medio circumuenti cum nusquam prorumpere valerent: nec ullus ad ostentandum virtutem locus adesset: breui opprimuntur. Toto ex equitatu Caroli parua admodum pars: que ante detectas insidias pontem transierat: euasit. Reliqui omnes aut in eo loco cesi sunt: aut capti Senas adducti. Hanc victoriam Conradinus magnificenter extollendo cum id late fama litterisque vulgasset: multos mortales quasi quoddam futuri eventus presagio a Caroli fauore ad se deflexit. Ceterum neque imminens Conradini terror nec oppressio copiarum Caroli aliquas Etruriae ciuitates a fide eius auertit: quando etiam Aretini ipsi: quorum in oculis pene facta est cedes et profligatio: in partibus Caroli constantissime perseuerarunt. Inter hec Hispanorum naues quattuor et viginti: quas dimissas supra demonstrauimus: omnia circa Baietam et aliquam maritimam oram populatae: cum multis in locis exules: ut commodum erat: exposuissent: multaque ad rebellionem concitassent: tandem in Siciliam nauigarunt.

De Conradini imperatoris aduentu in Urbem.

Zinea

Regum

Aragonum.

Duos dies Conradinus Senis comoratus inde mouens exerci-
 tus per Uiterbiensem agrum: ubi tunc erat pontifex: Romam perue-
 nit. Ad quem premiserat pontifex eius monens graui censura: ne Siciliae re-
 gnus: quod ad Romanam spectaret sedem: ne uel Carolus ab eadem sede
 regem appellatum impeteret. Satis superque esse: quod Romani pontifi-
 ces pro sua beneficentia nup a maioribus eius ingratisse perpelli essent.
 In ipsius tandem pontificis mandata spernentes late erant censurae. Quas
 adolescens sublimi animo usque adeo contempsit: ut ante pontificis oculos
 exercitum ducere: et hostilia cuncta ostentare non dubitaret. Et cum multi
 trepidarent tenentium partes ecclesiae propter magnam multitudinem eum se-
 quentium: ipse pontifex uir sanctus orationibus et ieiunijs deditus constans
 et intrepidus ait. Non oportet timere: quia omnis conatus eius ut fu-
 mus euanescent. Romae appropinquantes populus Romanus armatus
 obuia progressus omnium ordinum gratulatione: imperatoria transiectum
 popa in capitolium perduravit. Ibi cum non modo principes uerumetiam om-
 nes cuiusque generis studijs partium incensi ex Etruria Umbria et reliqua
 Italia conuenissent: paratis omnibus: quae ad bellum necessaria erant: quod
 percassinum aditus in regnum Caroli praesidio teneri nunciabatur: per Ti-
 burtinum albanumque agrum regni fines ingressus est. Quo cum ueniebat Ar-
 rigus Hispanus cum haud contentenda manu: magnoque militum numero
 mercede conductorum. Carolus uero apud Adesianam: quae per id tempus
 mari terraque oppugnabatur: et per maritimas regni oram multis locis
 copias necessario disperferat. In Etruriaque partes miserat equitatus.
 Adagna tamen animi fiducia his: quas habebat: copijs ad hostem du-
 ctus: non procul ab eo castrametatus est. Ibi cum multitudinem ac robur
 hostium uiresque exanimaret suas: artis et ingenij opus fore statuit. Nam
 aperto quidem certamine non superare: sed nec hosti quidem se resistere pos-
 se confidebat. Consilio ad eam rem usus dicitur alardi cuiusdam senis: cuius
 hortatu Carolus ex omni suorum exercitu octingentos equites delectos
 inscijs hostibus proximo sub colle continuit: reliquam uero multitudinem
 in planicie dimisit: praefecto quodam ex suis regio oratu: sic ut rex ille cre-
 deretur: ipse non longe ab his: quos post colles reseruauerat: paulo supe-
 riori de loco pugnam spectaturus constitit. Conradini duces cum acies
 instruerentur: Ligures: Tuscos: et Hispanos in fronte collocarunt: Ger-
 manos circa signa in subsidijs posuerunt. Et ergo pugnari ceptus est:
 Tusci: Hispani: et Ligures ingenti ardore Caroli turmas aggressi ma-
 gnam stragem ediderunt. Nec longo tempore impetus eorum sustineri po-
 tuit. Sed postquam ante signa reiectis ventum est ad intima Caroli
 agmina: et praefectus regis ornatus insignibus ad terram prostratus est:
 clamantibus cunctis Carolum esse captum: Germani quoque et hi: qui
 in subsidio erant: ne expertes uictoriae forent: sese pugnae admiscuerunt:

Linea

Regnum

Aragonum.

Ita profligatis hostibus victor quoque insequendo propellendoque dissipatur. Nullum iam in castris agmen: nullum in subsidiis robur manserat: Caelius miles et praedae intentus quasi victor certissimus exultabat. Maxima pars fugientis insecuta sese longe a conspectu abstulerat. Tunc repente Carolus circumducta delectorum acie in castrum descendit. Stricto ipse ac denso agmine sparsos inuadit: multis subita vi oppressis: aut in fugam versis in ipsa signa Conradum fertur: ac vno momento dissipat. Conradus ceu miraculo attonitus: cum e victore victus in opinato factus esset: cum paucis inde comitibus fugit. Carolus suos ab insequendo continuit: sed densius conglobatusque tenens agmen: redeuntes ab insectatione suorum postes integer fessos et incopositos structus excipiebat. Per hunc modum oppressis hostibus victoria potitus est Carolus.

De Conradi fuga: et eiusdem cede.

Conradus Romam peruenit: et a Guidone Feretrano: quem proficiscens ad bellum Romae in praesidio reliquerat: exceptus est. Populus quoque Romanus eum recepit non inuitus: inscia adhuc plebe cladum receptarum. Sed mox aduentantibus Romanis ciuibus: qui ab Arrigo nuper pulsus cum Carolo in pugna fuerat: ducibus Ursinis et Sabellis ciuibus confestim fuit in armis. Quam rem metuens Conradus urbe relicta Iustauram incognitus petiit: ut inde Siciliam nauigaret. Sed circum ea captus loca Carolo deditur. Nec multo post Neapoli ductus securi percussus est. Quo etiam genere mortis simul cum eo perierunt dux Ascuriae: et Gerardus Sicilianus. Arrigus vero Hispanus in agro reatino: quo fugerat: captus et Carolo traditus iure quodam consanguinitatis et pactione eius qui tradiderat vitam redemit perpetua tamen captiuitate damnatus. Post haec in Sicilia ceterisque regni locis omnia in Caroli potestate rediere.

De Siculorum defectioe aduersus Gallos et alijs rebus.

Ab cuius imperio durissimo Siciliae populi multa mala damnaque sustulerunt: Sed breui tempore. Nam post Manfredi et Conradum cedes: ut scribit Leonardus Aretinus: cum Siciliae ciuitates: quae rebelauerant: in Caroli potestate redissent: praefecti ad eas gubernandas viri Gallici ferocesque natura ac superbi innumeras Siculis clades inferebant. Tantaque erat gubernatorum petulantia: tanta barbarice gentis immanitas: ut non iam liberorum hominum: sed mancipiorum loco Siculi omnes haberentur. Pro leuissimis rebus ac sepe pro verbo liberius emisso: supplicia aderant crudelissima. Delatorum plene erant vrbes: laquei et secures



Zinea

Regum

Aragonum

in leuissimis habebatur penis. Ad hec rapacitas et auaricia Gallorum in exhausta et auri cupido insatiabilis nocetes pariter et innocetes peruadebat. Nec ullus rapinarum erat modus. Diuitie pro crimine lese maiestatis habebatur: ut quisquis amplissimo erat patrimonio: ita in periculus acerrime vocabatur. Id hominum genus rebellionis auctor fuisse: id maledixisse regi: id Edanfredi: vel conradini imaginem domi habuisse accusabatur. Fortunarum iacture iam in consuetudinem venerant: optabiles quidem: modo supplicia et excarnificationes cessarent. His accedebant libidines non maiorum modo: verum etiam ministrorum in uxores et filias Siculorum sine ullo respectu et verecundia: ut cuique placitum fuerat. Hanc durissimam seruitutem et immanitatem aliquot annos perpesse ciuitates: tandem superante patientiam magnitudine iniuriarum in furores vertuntur. Initium autem rerum nouarum a Panormitano est factum. Ibi enim extra vrbes festum agentes: ad locum propinquum: qui Adons regalis dicitur: et a Panormo distat passuum milia fere tria: in festis Paschalis resurrectionis ibant plurimum utriusque sexus et cuiuscumque conditionis: tam Panormi ciues: quam Galli: qui ciuitatis gubernationem et magistratus exercebant. Cum ergo a Gallis eo profectis arma exploraretur Siculorum: et eo pretextu mulierum sinus et mamillas obrectaret: concitata ob eam feritatem seditione: Gallos lapidibus primo: mox armis persecuti omnes interfecerunt. Qui in urbem reuersi in reliquos Gallos impetu magno irruentes ad unum occiderunt. Rumor deinde Panormo in alias ciuitates delatus: eodem exemplo ad arma et cedes populos excitauit. Ita per totam Siciliam trucidati: cum ardor eorum petulantia proprio sanguine extinctus esset: non solum diuitias male coaceruatas: sed corpora insuper siculis reliquit.

De Caroli profectioe in Siciliam et alijs rebus.

Hoc tempore Carolus erat in Etruria: qui Siculorum audita defectione: cum Florentinos et alias ciuitates rogasset: ut ei auxilia submitteret: suis comitatus copijs in regnum magnis itineribus contedit. Regnumque profectus: qua per breuis est in Siciliam traiectus: constitit. Hic dum copie: quas expectabat: conueniret: que necessaria erant ad transitum parat. Atqui perdifficilis erat in Siciliam transitus: propterea quod omnes fere naues eius in Sicilie portibus et naualibus asseruabatur: que tunc Siculi cuncta tenebant. Itaque contractis prius ex omni Italie ora maritima nauibus: Messana: que proxima erat: traductis copijs obsidere cepit. Vehemens huius urbis oppugnatio fuit: nec remissior sane eorum: qui obsidebantur in resistendo audacia. Nam et Carolus in hac una urbe: quaz primo circumsteterat: Iudicium de se fieri apud alios Sicilie populos haud falso existimabat: ut que res ea successisset: Ita ab alijs

Lincea

Regum

Magonum.

quoque aut formidari se haud contēni: et **A**damertini cōtra victoris iras pertimescebāt. **S**alloorū enī superbia crudelitasque ante oculos versabatur. **L**ui feditati honestā profecto mortē censebant preferēdas. **C**arolo circa **A**dessanā habente castra: bellicūque terrorem **S**iculis ostentante: ciuitates crebris legationibus ad **P**etrum **A**ragonum regem missis: sibi ut subueniret: precabatur: quoniam vxor eius **C**onstātia **A**dāfredi quōdam **S**icilię regis filia esset: ad quas cōsumpta virili prole haud dubie pertineret successio regni. **P**ossessionē vero ciuitatis vnam vniuersim et cupientissime offerre. **J**am vero **A**dāfredi mortē vlcisci ad quē magis: quā ad generum nepotesque spectaret: presertim cum idem sit interfector: idem occupator regni: idem ciuitatū vexator: que pati ut ludibrio habeatur contra decus sit regij nominis.

De **P**etri regis **A**ragonū in **S**iciliā profectiōe et gestis in ea.

His oratorū verbis **P**etrus **A**ragonū rex permotus: et omnium ias Siculorum desiderio et voluntate perspecta: regni tam felicitis occasione negligēter omittendā non putauit. **C**ū igitur **S**iciliā capescere stauisset: legatis gratias agens: omnium Siculorum salutem et honorē sibi magne cure fore respōdit: ac se: rebus ad profectiōes necessarijs cōparatis: in **S**iciliam nauigaturū: non tā regni cupiditate cōmotus: quā **A**dāfredi foci sui mortem vindicaturū. **E**xpeditione igitur suscepta: et legatis honorifice dimissis ac admonitis quid interis facere Siculos oporteat: in **S**iciliā transitū properauit. **A**djuuabat eius celeritatem quod ipse paulo ante magna parata classe in **A**fricā traiecerat: afflictisque magna strage barbaris et oppido in litore expugnato: nō longe a **S**icilia victorem exercitū et classem habebat. **E**x littoribus igitur **A**fricę quadraginta triremes et alias naues onerarias solues: prospera vsus nauigatione per paucis diebus in **S**iciliā delatus **P**anhorum littoribus applicuit. **H**ic elatis **A**ragonie signis: ut a **S**iculis ex cōposito cum legatis agnosceretur: portū subiit: et cum multis equitibus expositus a quāplurimis: qui aderāt: **S**icilię nobilibus ciuibusque **P**anhorum rex appellatus: apparatu regali pompaque mirabili felicē urbem et ingēti leticia plenam exultati plebe puerisque salientibus ingressus: per omnes vrbis vicos et parietes aureis: purpureis: sericis: et aureis pannis excultos ac stratos in regias eades: vnde ciues paulo ante **S**allos deiecerāt: maxima Siculorum et **H**ispanorum nobilium multitudine comitate perductus est. **H**inc multis nauibus instructis **A**dessanā: quas **C**arolus: ut supra diximus: oppugnabat: ire contēdit. **Q**uod ubi **C**arolus intellexit eum expectare periculosum fore ratus aduersante tota **S**icilia in ea includi et penuria cōmeatus vrgeri dissoluēdas obsidionē: et in **I**taliā remeādum statuit.

Sicilia

Regnum

Aragonum.

Hoc Caroli consilium ubi per castra delatus fuit: tantus repente concursus ad mare factus est properantibus cunctis: ne in postremis traicerent: ut non multum a fuga et desperatione res illa differri videretur: tentoriaque machinas et apparatus omnem in castris relinquerunt. Vix dum traducto exercitu: Siculorum et Hispanorum classis aduenit. Carolus autem in Apuliam transgressus: quia non decertandum tunc existimabat: copias dissoluit: et amicorum auxilia domum remisit. Ex hoc itaque tempore Sicilia fuit Aragonum domui coniuncta: Tempore quo Martinus quartus erat pontifex. Cuius pontificatus cepit anno domini millesimo ducesimo octuagesimo primo. Et duravit annos quatuor et duos menses.

De rebus a Petro rege in Sicilia statutis.

Petrus autem rex Aragonum: Carolo de Messane littoribus expulso: et Sicilie populis tandem quiescentibus et regni totius rebus compositis: ciuitatibus et oppidis cunctisque nobilibus regni magnos honores: libertates: et omne genus immunitatis cum diplomatis: et amplissimis priuilegijs contulit. Quibus rebus iam peractis: Constantia regina eius uxor ab eo acersita cum filijs et multis comitibus nobilibus ad eum in Siciliam venit.

De Caroli aduentu in Hispaniam et duello cum Petro rege.

Carolus autem de Sicilie regno iam desperans: et multas perperas iniurias et incommoda: filio eius Salerni principe a Petro rege Aragonum capto: ad pontificem Romam se contulit. Ad quem valde questus: illum ad duellum prouocauit. Quod ex utriusque consensu atque pontificis ad certam diem constitutum est: ut apud Anglie reges in ciuitate Bordegali ageretur. Quo cum Petrus Aragonum rex maturus et ante diem peruenisset: de insidijs que sibi parabantur a Gallis ut eum de medio tollerent: admonitus: die pugne constituta armatus circiter meridiem campus ingressus: eos: qui campus obseruabant: utrum Carolus adesset interrogauit. His vero non adesse Carolum respondentibus: ter campum percurrit armatus. In cuius rei probationem testibus et instrumentis acceptis propere discessit. Cum vero Carolus deinde sole iam inclinante ad certamen venisset: de regis aragonum re gesta ac discessu perdoctus ingemuit: magnaque percitus ira Romam reuersus: a pontifice contra Petrum regem Aragonum excommunicationem et grauissimam censuram obtinuit: ac ut rex Petrus non modo Sicilie: sed etiam Aragonie regno priuaretur. Hac impetrata re cum ma-

Linea

Regum

Aragonum.

rimis copijs Hispaniam ingressus ad Serundam vsq; ciuitatem peruenit. Quam obsessam cum multis machinis et tormentis oppugnare cepisset: eius exercitus grauissima pestis inuasit. Qua multis extinctis et cadauerum putore corruptus aer seuiorez morbum faciebat. Erat preterea in ciuitate Serūda templuz diui Philippi: in quo sancti Marci si corpus multis celebratus miraculis obseruabatur. Hinc ob neglectā religionem: propterea quod equos in altaribus velut in presepijs alebant: grandium muscarum varijs coloris agmen Ballos impetens aculeis non secus ac gladijs occidebant. Qui multis malis oppressi de victoria desperantes a ciuitate iam capta discesserunt: et in itinere passim cateruatimq; concidebāt. In quibus et ipse Carolus langore confectus lectica delatus apud Ampurias defecit.

De loco et tempore mortis eius et liberis.

Obit in villa Franca tertio Idus Nouembris: Anno millesimo ducētesimo octuagesimo sexto. Et etatis sue quinquagesimo quinto. Reliquit autem filios quattuor: et duas filias: Alfonsum: qui ei successit in regno Aragonum. Et Jacobum: qui primo fuit Sicilię rex: et mox mortuo Alfonso rex fuit Aragonuz. Post hunc Federicū genuit: qui fuit etiam rex Sicilię. Postremo natus est Petrus: qui sine vilo principatu cum fratribus vitam degit. Maior vero eius filia nomine Hisabella fuit regina Portugallię. Et altera Constātia nomine: vel: vt alij volunt: Violanta nupsit Roberto regi Neapolis. Jacet autem rex Petrus in sanctarum crucuz monasterio. Cuius mors cum ab omnibus Hispanię populis: tum vero a Siculis fuit multis et veris lachrymis deplorata.

De Alfonso Petri filio rege Aragonum decimo: et comite Barcinone.

Et Petri Regis filijs Alfonso natu maior: vt supra diximus: in Aragonię regno successit: homo plurimis maximisq; virtutibus et animi et corporis excellentissimus: et precipue fortitudine et liberalitate prestantissimus: statura corporis et forma pulcherrimus. Quibus nature dotibus omnium hominum in se animos oculosq; conuertit. Qui tempore quo pater eius a vi-



Ita discessit: erat in ciuitate **M**aioricaruz. Ubi de patris morte nuncios accipiens magno luctu totius ciuitatis et sue curie funus eius celebrauit. Hic paucis diebus comoratus: dū prouincie **B**alearis statū gubernationemq; cōposuit: multis comitatus nobilibus in **H**ispaniam traiciens: **C**esaraugustam peruenit. Hic a ciuibus et multis alijs regni totius equitibus honorifice receptus: et obseruadi priuilegiorum formas et regni constitutiones iuratus: solempni more rituq; regni seruato coronatus est: complurimis et regni nobilibus: et **C**esarauguste ciuitatis assistentibus. Fuit autem: vt paulo ante diximus: rex cum ceteris animi dotibus: tum vero liberalitatis et munificentie virtute prestantissimus. Tunc enim precipue gaudebat: tunc ingentem leticiam vultu preserebat: cum preciosa munera: cum dona insignia largiebatur: adeo vt non immerito fuerit a nature sue munificentia et immensa liberalitate **R**ex **A**lfonsus **L**argus cognominatus. Qui cum olim ad colloquium cum **A**nglie rege conuenisset: illius intercessione **C**arolum **S**alerni principem: quem rex **P**etrus longo tempore captum tenuerat: a carcere et custodia liberauit: duobus tamen eius filijs obsidibus acceptis: et septem nobilibus regni **N**eapolis.

De studio eius: et amore erga bonos: et odio contra malos et alijs rebus gestis.



Aterum vt viros bonos et fideles honore: sic et improbos odio persequabatur. Quippe qui multos: quorum virtutem fidemq; despererat: mirifice dilexit: et honorifice commodeq; tractauit. In prauos autem et sediciosos fuit castigatoz acerrimus. Et **J**acobum patrum: qui **S**alozum partibus adheferat aduersus patrem **P**etrum regem **A**ragonuz: **M**aioricarum regno priuauit. Quo regno potitus expulso **J**acobo: alteraz **B**alearium insulaz: que minor appellatur: deuictis mauris sue ditioni subegit. Fuit preterea rex **A**lfonsus vita celibe: nullam enim duxit vxorez: ideoq; castus fuit cognominatus. Qui cum grauius egrotaret sancti **F**rancisci habitū accepit: quo indutus obiit **B**arcinone: Anno millesimo ducentesimo nonagesimo secundo. Et etatis sue vicesimo septimo. **J**acetq; **B**arcinone sepultus in ecclesia fratrum minorum in tumulo matris. Atqui moriens heredem instituerat **J**acobum fratrem **S**icilie regem. Sic enim pater eius in testamento statutum reliquerat: vt et **J**acobus etiaz cum rex esset **A**ragonie: **S**icilie regnuz **F**ederico fratri minori renunciaret.

M

Regum

Aragonum.

De Jacobo alfonsi fratre Sicilie rege: qui post fratris obitum: relicto Sicilie regno Federico fratri minori: fuit rex Aragonuz vndecimus: et Barcinone comes.



Aragonie regni: Barcinoneque principatus: et Valentie nobiles: Alfonso Rege mortuo sine liberis: Ampuriarum comites cum testamento Alfonsi regis exemplo ad Jacobum Sicilie regem legatum in Siciliam miserunt: ut ad Aragonie Barcinone et Valentie principatus capiendam possessionem statim veniret. Qui cum primum legationem accepit: de morte regis Alfonsi peractis exequiis: et Sicilie regno: prout pater in testamento statuerat: Federico fratri: qui tunc erat in Sicilia: renunciato libereque relicto: multis Sicilie nobilibus comitatus cum triremibus opto Cesaraugustam in Hispaniam venit. Ubi: ut mos et consuetudo est Aragonum: sanctiones et privilegia ciuitatis regni iuratus: honorifice regni coronam accepit.



De eius vxoribus et liberis.

Uxorem duxit Mariam Castellae regis filiam sororem suam patris Alem: cum qua nondum deflorata diuortium fecit iussu Romani pontificis

tificis: propter consanguinitatis gradū coniūctissimum. Hac igitur di-
 missa: Blanca duxit uxorem Caroli Neapolitanorū regis filiaz. Lu-
 dus peracto matrimonio: Ludouicus et Robertū fratres uxoris: quos:
 vt supra demonstrauius: obsides pro Caroli liberatione diutius tenuer-
 rat: a custodia liberauit. Qui custodia soluti et liberationē nacti: ad Ca-
 rolum patres Neapolim statim se contulerūt. Et Ludouicus: qui ma-
 ior erat: ad que Neapolis regni successio spectabat: viso patre: regniq;
 successione renūciata: sancti Francisci ordinis religionē ingressus est.
 Qui postea propter integerrimos mores et vitę sanctitates ad Tholo-
 se pontificatus fuit assumptus. Ac post mortem in sanctorū numerum
 relatus. Huius frater Robertus in Neapolis regno: Carolo mortuo
 successit. Et Violantaz sororem regis Jacobi duxit uxorem. Qua vita
 defuncta Santiaz duxit Baiozicarum regis sororem. Que Neapoli
 condidit ecclesiam sanctę Clare: et sanctę Crucis ordinis minorū san-
 cti Francisci obseruationis. In quo nunc sepulta iacet. Duxit preter-
 ea rex Jacobus post Blance mortē Elisendam Abonticatinā. Que
 monasteriū condidit iuxta Barcinonam: quod Petras albas appel-
 lant. Ibiq; iacet.

De priuilegiis totius regni con-
 firmatione eius et alijs rebus.

Postulantibus multis Aragonie populis suorū priuilegiorū con-
 firmationē omnibus assensus est: et liberaliter omnia compleuit.
 Qui ex uxore Blanca Caroli Neapolitanorū regis filia filios quin-
 q; procreauit. Jacobum: qui cum Leonoraz Castellę regis filiam du-
 xisset uxorem: sine tactu pudoris illius: sancti Joannis Hierosolimita-
 ni ordinis religionē fuit ingressus: et inde Abontesani ordinis magis-
 ter electus. Post autē Jacobum natus est Alfonso: cui nupsit Li-
 resia neptis comitis Urgelli. Quo matrimonio hereditario iure comi-
 tatus nactus Urgelli: Sardos qui rebellauerāt: ad officium et obsequi-
 um redire coegit. Petrus tercio loco natus est: Qui primo fuit comes
 Abontis pratenis: et deinde comes Ampuriarum. Quartus nu-
 mero genitus est Raimūdu Berengarius Pratarū comes et Ri-
 pagorcię. Postremo Joannes fuit editus: qui fuit archiepiscopus To-
 letanus: et postea Tarraconensis et Alexandrię Patriarcha. Filias
 progeniuit totidem: Constantiam: que fuit uxor Emanuelis filij regis
 Castellę: Adiaz etiam Petri infantis Castellę: Blancam: que
 monialibus Fixenę monasterij presunt. Violantam: que nupsit prin-
 cipi Tarentino. Et Hysabellam: que fuit uxor ducis Austrię. Habuit
 preterea filium quendam nothum: Et alteram filiam: que puella obiit:

Blanca

Regum

Aragonum.

filius autem nomine Jacobus Joannas Lupi Lunę filias duxit in matrimonio: cum qua comitatus Lunę titulos accepit.

De pace inita inter Jacobum regem Aragonum et Carolum socerum eius.

Tanto cum Blanca Caroli filia matrimonio: Romanus pontifex Bonifatius egit cum eo: ut Carolo socero Sicilię regnum restitueret: eius summus pontifex et antecessoribus eius omnes iniurias: quas ecclesię multas et graues intulerat: remitteret. Ad hanc rem cum Jacobo rege conficiendam: quidam cardinalis e Roma missus: in Hispaniam cum venisset: nondum perfecta re discessit a vita. De cuius morte pontifex a Carolo rege certior factus: duos archiepiscopos: quibus eandem causam delegavit: in Hispaniam misit. Qui pacem inter ipsos reges confirmarent et publicis preconijis denunciarent. Et Jacobum regem Aragonum et omnes eius principatus populos et antecessores eius ab omnibus interdictis: censuris: et excommunicationibus absoluerunt: et ecclesię reconciliarunt. Que res fuit solemniter celebrata publicis preconijis. Gallis qui aderant exultantibus.

De oratorum Sicilię querelis apud Jacobum regem.

Qum autem rex Jacobus Siculoꝝ legatos: qui nuper ad eum venerat: accitos monuisset: ut ecclesię Caroloꝝ parerent: et iam flentes consolari conaret: illi diu lachrymabundi respondere vix poterat. Tandem post magnos fletus: eorum quidam vir non indoctus: Jacobo rex inquit per multos populos a suis principibus defecisse multis in locis legimus: et oculi nostri sepe viderunt. Sed a suo rege populos fuisse desertos nec vidimus quidem unquam: nec audiuimus. Quapropter erit quidem nostra magis quam aliorum miseranda conditio: magisque deploranda calamitas. Tua siquidem spe patrociniisque destituti quid omnes Sicilię populi facere debeant te non ignorare credimus. Qui quodcumque mortis genus et omnes cruciatibus perferent potius: quam Gallis seruire queant. Et cuiuscumque vel barbari quidem principis imperium libentius patietur: quam insolentissimos Gallorum mores: et indignissimum iugum seruitutis vno die tollerare velit. O decus Aragonię domus: et magni pietatis exemplum: cur pateris inclutam tuam et maiorum tuorum famam hoc vno dumtaxat dedecore deformari? Cum presertim qua nos tibi lege sumus astricti: eadem tu quoque nobis honeste deesse non possis. Quod si regia tua maiestate tuoque favore Siculos: qui volentes Aragonię domui se subiecerunt: indignos esse iudicas: et Sicilię regnum: quod plurimi maximi principes concupiscunt aspernaris: nobis saltem consilium non deneges. Sed que debeamus optare reges nobis consulas. Tum rex his legatorum verbis: et aliorum fletu commotus:

Luna

Regum

Aragonum.

ac dolore cōfectus ingemēs: et obortis lachrymis: ite inquit boni viri ad domus vestras: vbi Federicus frater meus vobis et Siculis om̄ibus liberius q̄ ego cōsulere poterit. Hoc respōso accepto legati purpureas et sericas vestes: quibus exculi erāt: a pectore scindētes a rege discesserūt. Et in signum magni doloris maliq̄ futuri nigras sibi vestes et perlongas induerūt. Atq̄ triemiū malos: antēnas: et vela: quę candida erāt: in atrum colorē verterunt om̄ia. Cum his mesticię signis in Siciliā delati: totius regni conuocatis nobilib⁹: Federico: quę frater eius rex aragonuz de Sicilię regno cum Carolo pactus fuerat retulerunt.

De prelio nauali: quod gessit aduersus Federicum fratrem Regem Sicilię.

Federicus autem legatis auditis: proceres: qui aderant et omnes equites oculis circūspectans magna inquit liberalitate rex Aragonū frater meus vsus est proceres: et summo quidē principe digna: sed inani tamen et proflus inutili. Nam qui rem promittit alienā: aut certe delirat: aut iocatur et dandi volūtatez nō habet. Is vero: qui huiusmodi promissa munera se sperat habiturus: stultus et fatuus haberi debet. Jam scitis equites vestre Sicilię et patrię regnū nobis ab Alfonso patre testamēto fuisse relictū: sicut et illud Aragonum fratri meo Jacobo. Non dedit ergo rex Aragonū Carolo Sicilię regnū: quod dare nō poterat. Ille igitur si munificus esse velit Aragonuz regnū suum cui velit renūciat. Nos vero nostrū tutemur. Hęc cuz dixisset: Siculos hortatus ad regni defensionē: cunctis exultātibus ab episcopo Cephalensi statiz coronatus: viros cogere: et arma parare cepit. Ac imprimis maritimas om̄es ciuitates et totius insule portus munitiōibus tormētis et alijs rebus ad belli vsuz necessarijs prudētissime cōpleuit. Et in Adestanę portu sexagita triemes et alias naues armis et electis militibus onerauit. Iacobus vero interea rex Aragonū ex Hispania simul cuz Carolo socero et vxore sua Romaz venerat. Ubi rogatus a Bonifacio pontifice: vt Caroluz in Sicilię regni possessionē: sicut promiserat: collocaret: cuz ingenti classe et idē Carolus cum eo ceteriq̄ duces ex portu Neapolis in Siciliam soluerūt. Quibus appropinquātibus Federicus in mari: quod est Siciliam versus: nonis quitilibus occurrens: preliuz commisit. Utrinq̄ diutius et accerrime pugnatum est: plurimis hinc inde cadentibus: et paucis sine vulneribus: rege etiam Aragonuz grauter in pede sagitta percusso. Venuz post longū certamen Siculi magnitudine nauuz hostiliū ac multitudine profligati Adestanas rediere. Nonnullis triemibus amissis et magno militum numero desiderato. Rex autez Aragonū cuz triginta triemibus suis in Hispaniā remigrauit.



Sicilia

Regnum

Aragonum.

Liber

Carolus vero cū reliquis ducibus primū Neapolim: et deinde Romā se cōtulit. Et Federicus Gallis gemētibus et inuitis Siciliaz retinuit.

De loco et tempore mortis eius.

Post nauales pugnam in Hispaniaz reuersus: vt supra demonstra-
uimus: cuz Valentie et Aragonie conuētus egisset: Barcinonaz
demū se recepit. Ubi aliquandiu comoratus: a vita discessit pridie Calē
das Nouēbris: Anno millesimo tricentesimo vicesimo septimo. Etatis
vero sue anno sexagesimo sexto. Qui fuit sepultus in sanctaruz crucum
monasterio. Heredem autem et successores sibi filiū reliquit Alfonso:
abdicato Jacobo maiore natu et primogenito: qui contra Sardos re-
bellantes et ad Pisanos deficientes in Sardiniam missus a patre ex-
peditionem Sardinie simul et regnorum successionem recusauit.

De Alfonso Jacobi filio Cognomento Benigno Aragonum rege duodecimo: et Barcinone comite.



Alfonsus igitur magno cum exercitu Aragonum: multisq;
Cathalanis et Valentinis in Sardiniam profectus: bre-
ui tempore Sardos omnes patris imperio subegit. Adul-
tis tamen habitis prelijs: in quibus animi fortitudinem mi

rabilem: et rei militaris industria et officium magni ducis ostentavit: et precipue in Callaris ciuitatis expugnatione. Quas non minori constantia patientiaque laboris: quam viribus cepit: post multas oppugnationes: ciuibus et Hispanorum multis equitibus: qui pertinaciter propugnabant: occisis. Itaque magna cum victoria totius insule imperio: Sardis perdomitis et Hispanorum magnis copiis prelio fuis: potitus ad patrem triumphanti persimilis in Hispanias remeavit. Quem pater ingenti leticia plenus summis honoribus excepit: et Jacobus frater eius honoribus inuidens: Leonora sponsa relicta: quas ut inuita patris Jacobi memorauimus: non viciauerat: sancti Joannis Hierosolimitani ordinis religioni se dicauit. Alfonsus igitur hereditario iure paternoque testamento mortuo patre Cesar auguste regni coronam accepit: Anno millesimo tricentesimo vicesimo septimo.

De vxoribus eius et liberis:
et tempore mortis.

Uxorē: ut supra scripsimus: adhuc adolescens Tiresias Bantem sam duxit Gulielmi Bantensij filiam: et Argelli comitis nepres. Cuius coniugio fuit comes Argelli: et vicecomes Agerensis. De qua quidem vxore filios duos progeniuit: Petrum: qui ei successit in regno. Nam propter expeditiones patris contra Sardos: auo patreque viuētibz heres: ut primogenitus fuit institutus. Progeniuit etiam Jacobum: cui dedit Argelli comitatus. Item Federicum et Alfonsum et duos alios ac vnicam filiam Tiresia peperit. Qui primis etatis annis a vita migrarunt: et omnes Cesar auguste iacent in ecclesia sancti Francisci ordinis minorum apud altare maius iuxta tumulum matris. Obijt autē Tiresia quinto Calendas Nouembri: Anno millesimo tricentesimo vicesimo septimo. Qua mortua nupsit Alfonso regi Leonora castelle regis filia. Que prius Jacobo desposata fuerat: que peperit Ferdinandum Berthose Marchionem. Qui: ut nonnulli volunt: iussu Petri regis fratris eius fuit occisus in oppido Castellione apud Valentiam. Peperit etiam Joannem: qui apud auum in Castella obiit. Et filiam Constantiam: que fuit vxor Jacobi Baiozicarum regis vltimi. Rex autem Alfonsus obiit Barcinone: Anno millesimo tricentesimo tricesimo sexto. Qui iacet Bilerde in monasterio sancti Francisci ordinis minoritarum: sic enim viuens testamento mandauerat. Sub idem tempus mortuus est etiam Federicus rex Sicilie: tribus superstitis filijs: Petro: qui successit in Sicilie regno: Joanne: qui fuit dux Athenarum: et alio: qui iuuenis obiit sine titulo dignitatis.

Tiresia

Regum

Aragonum.

De Petro cognomento Cerimonioso:
Rege Aragonum terciodecimo:
et comite Barcinone.

P
Petrus.



7 Inca
Regum
Aragonum.

Petrus Alfonsi regis fili⁹ ado-
lescens et annos natus fere se-
ptēdecim: Leonore nouerçe ve-
ritus insidias: que priuignū: vt
quidaz scripserunt: de medio tollere stude-
bat: vt Ferdinādus eius filius post Alfonsi
regis obitum in regno succederet: a patris
domo curiaq; recedens: ad montes Pyre-
neos se contulit. Ubi magnis honoribus a
Ceritanie et Russinomis populis receptus caute vixit multos annos:
vsq; ad tēpus mortis patris Alfonsi. Abortuo autē patre regni guber-
nationez suscepit: et Ferdinādum fratrem: qui multos Aragonie populos
ad rebellioez concitauerat: occidit. Ac nōnullos Aragonie nobiles: qui
Ferdinādi factionez secuti fuerāt: Cesar auguste capite puniuit. Ibiq;
priuilegiū vnionis de regni volūtate coram plurimis nobilibus gladio
suo tāta percit⁹ ira celeritateq; profecuit: vt sibi leuā manus percussit.



De bello: quod gessit contra
Petrum Castellanzorum regem.

Qui cuz Henrico Trastamare comiti Castelle regis fratri inuito
Castelle rege faueret: cōmotus Petrus Castellanzorum rex pacis
fēdus: quod antea confirmauerat: dissoluit. Et cuz magnis copijs Ara-
gonie fines ingressus multa dāna populis intulit. Atq; Boniam: Bil-
bilim: quā Calataubiū vocant: Barocaz: r Turolū expugnauit: Va-
lentieq; prouinciā ingressus Saguntū cepit: quaz Valentini murū ve-
terez dicūt. Et Valentiam obsidione cinctā: multis tormētis oppugna-

re ceperat. Ad quē Petrus rex Aragonū cū magno equitū peditūq; numero profectus: ab obsidione fugauit regniq; sui finibus expulit. Et Castellaz ingressus Henricū iuuare non destitit. Cuius auxilio Henricus Petrus fratrem Castellę regem occidit. Qui fratre perēpto rex ab omnibus Castellanoz populis appellatus est. Ceterum Petrus rex Aragonū Henrici virtute perspecta: filiā suā Leonoram Joāni eius filio: qui patri in Castellę regno successurus erat: in matrimonium dedit.

De profectioe eius in Sardiniam et alijs rebus ab eo gestis.

Rebus Aragonię regni iam cōpositis: in Sardiniam transiit rebellantē. Cuius prouincię populis post multa p̄lia ad obsequium adductis: Januenses: ad quos Sardi defecerāt: multis cladibus affectit. Hinc in Hispaniam reuersus: Barocam: Turoliū: Bilbilim: quę prius oppida fuerāt: ciuitatis titulis et insignibus ornauit. Jacobum autem Baleariū regem suę sororis maritū: propterea quod ei denegauit obsequium: Abaiozicarū: Russinonis: et Certanę p̄cipatibus: quos nomine suo tenebat in feudo: spoliauit. Quas prouincias Aragonię regno coniūxit. Jacobus autē Balearium rex duz Abaiozicarū regnum armis defendere conaretur a ducibus Petri regis occiditur. Cuius corpus idem duces Valentiam detulerunt. Ubi iacet in ecclesia maiori.

De vxoribus eius et liberis.

Vxores plures accepit: Adarias Nauarrę regis filiam. Quę filiā peperit Joannaz. Quę fuit vxor Ampuriarū comitis. Et duas alias: quarū altera nupsit Federico Siculorum regi Petri filio. Et altera: quę paruula migravit a vita. Peperit et filiū Petrus: qui natus paucis diebus obiit. Joanna autē defuncta: Leonoram duxit Portugallię regis filiaz. Quę post confectas nuptias per breui spacio temporis obiit. Qua mortua Leonoraz duxit filiam regis Siculorum: ex qua suscepit Joannem et Martinū filios. Quorum alter ei successit in regnis: et alter fuit dux Montis albi. Venit et filiaz Leonoram: quę: vt supra narrauimus: nupsit Joāni Castellę regis filio. Leonora quoq; defuncta rex iam senio confectus amore cuiusdam mulieris viduę deperditus hominis admodū pauperis filię: quę Sibilia Forciana vocabatur: propterea quod in oppido nomine Forcia in Ampuriarum prouincia nata fuerat: eam demuz duxit vxorem. Quę filiaz peperit vnicā nomine Ihsabellam: quę fuit vxor Jacobi comitis Urgelli et vicecomitis Agerensis.

De eius indulgentia et obsequio erga Sibiliam reginam.

Queterum Petrus Aragonum rex hac uxore suadente: cui omnibus in rebus nimis obsequabatur et omnia indulgebat: a se multos ob res male gestas alienauit: multaque fecit graua et cesura digna populari. Siquidem: ut Sibilię reginę mores gereret: Joannem filium primogenitum abdicare conatus est. Quod quidem et sine vlla causa fecisset omnino: nisi regni nobiles populiq; reclamassent. Et Ampuriarum comitem generum suum: quem oderat regina: indignissime tractauit: multisq; bonis et honoribus priuauit: ac Joannam filiam pro comite marito suo intercedentem Barcinonę coram plurimis nobilibus aperta manu percussit in facie. Quę nimia verecundia summoq; dolore percussa cum domum suam se contulisset paucis diebus obiit.

De morositate eius et alijs rebus.

In domus autem sue familieq; componendis ordinibus et viuendi nouis peruestigatis exemplis et domesticis officijs fuit adeo diligens ac morosus: ut non immerito Cerimoniosus et supersticiosus fuerit appellatus. Qui tempore belli: quod aduersus regem Castellanozum gessit: Barcinonam vasis omnibus aureis et argenteis alijsq; preciosis rebus euacuauit: et argentea quidem vasa cuncta conflauit in regales argenteos signo numi predicti ciuitatis impressos. Ex aureis vero florenos percussit cum signo Lilię floris et imagine sancti Joannis: ut sunt aurei Florentinozum. Quod monetę genus primum Barcinonę ceptum: postea Valentie: Maioricis: et Perpignani fieri iussit. Valentie preterea sua arma concessit: Quę sunt in clypeo Baculi crocei rubriq; et corona desuper imposita. Ceterum Valentie in regalibus argenteis forma talis imprimitur. In litteris vero: Quas reges Valentinozum magistratibus et senatui scribunt manu propria litterę. T. huiusmodi coronam superponunt.



De tempore mortis eius et etate.

Dixit autem regnis annos vnus et quinquaginta. Qui discessit a vita Barcinonę: Anno millesimo tricentesimo octuagesimo septimo. Natus annos lxxij. Et primum iacuit Barcinonę in ecclesia maiori: quas Sedem Barcinonenses vocant: et deinde fuit delatus in monasterium Populeti.


Sibilia

Regum


Aragonum.

Joannes.

De Joanne Petri filio et successore: Aragonum rege quartodecimo: et comite Barcinone.



Joannes in regno mortuo patri succedens: vxorem duxit Atheaz filiam comitis Armeniacensis. Ex qua filiaz genuit nomine Joannaz: que nupsit Atheo fore comiti. Ceterum Athea cum



hanc filiaz peperisset: breui tempore mortem obiit. Et Joannes rex duxit vxores Violantam filiaz ducis Ebaris. Que peperit filium: qui Cesar auguste paruulus obiit: et Berunde del finus dicebatur. Peperit etiam Violantaz filia: que nupsit Ludouico regi Neapolis et Andagauensiu duci.



De morum eius varietate et indulgentia erga secundam vxorem.



Fuit autem rex Joannes Athea prima eius vxore viuente munificus: benignus: multisque virtutibus excellens: et omnibus regnorum suorum populis et nobilibus admodum charus: pacis studiosus et musicus cultor insignis. Ubi vero Violantaz duxit: eius voluntati nimis obsecutus et omnia indulgens: a se cunctorum fere nobilium et multorum populorum mentes et cultus auertit. Quod cum animaduertisset vxor Violanta: ut Aragonie nobiles et Barcinone principatus equites opprimeret: omniaque sola disponderet et ad arbitrium suum administraret: Armeniacensem comitem multosque Gallie proceres cum magna hominum multitudine: rege consentiente: ad se: ut conuenirent: in Hispaniam vocauit. Quibus appropinquantibus: et iam ultra Serundam ciuitatem transgressis: Martinus Joannis regis frater cum multis equitibus Aragonum: Cathalanis: et Valentinis occurrit. Ac illorum multis occisis: reliquos ab Hispanie finibus expulit. Quo prelio Valentini multum: qui suam illic virtutes militares et inuictos erga regiam dignitatem animos viriliter ostentarunt: a rege nobilitatis titulos et equestris ordinis dignitates acceperunt. Ex quibus fuerunt inter alios: quorum nomina mihi minus nota sunt: equites qui nunc a Villanoua cognominantur: et Scribarum domus: Corellarum genus: et familia montagnis.

De rebus: que tempore eius in suis principatibus acciderunt.



F De Joane regnate: et in Augustacesaria comoranti: nonis augu-
stis: Anno. AD. cccc. xj. Populi Barcinone principatus: Arago-
nes: Baleares: Valentini tumultuantes aduersus iudeos insurrexerunt
omnes: exceptis CesarAuguste ciuibus: quos regis presentia compe-
scuit. Qua persecutio in iudeorum perniciem violenter exacta: rex nonnullos: qui
precipua motus et seditiois causa fuerat: capite puniuit: et alios magna
parte bonorum mulctauit. His exactis penis: ad Baleares cum regina pro-
fectus: ad aioricarum ciues: ut duceta milia florenorum persolueret: coegit.

De reditu eius in Hispaniam: et morte repentina.

Hinc in Tarraconensem prouinciam remeans cum ventis reluctatibus
Barcinone littus tenere non potuisset: in loco: qui dicitur caput cru-
cis apud Ampurias expositus: in oppidum Castilionem se recepit. Ubi per
aliquot dies comoratus: in saltus et montes propinquos cum multis equiti-
bus venatum profectus: cum lupus venatores occidisset: dum si lupus an lu-
pa esset a venatoribus quereretur: repente mortuus emula: qua uehebatur:
decidit. Cuius corpus Barcinone sepultus iacuit in ecclesia cathedrali:
quod deinde iussu Martini fratris Populetum delatum fuit. Obijt autem
quartodecimo Calendas Junias: Anno. AD. cccc. xvj.

De duobus Martinis regibus patre et fi-
lio: altero Aragonie quitordecimo: et Bar-
cinone comite: et altero Sicilie.



Mperante in Aragonia rege Joane: de quo
proxime locuti sumus: Martinus eius frater
dux Montis albi Mariae lune comitis filiam
uxorem duxerat. Ad quam mortuo patre sine filio
successore Lune comitatus iure deuenerat. Ex hac uxore fi-
lium suscepit nomine Martinum: qui Federici Sicilie regis fi-
liam duxit uxorem. Et Federico socero sine virili prole defun-
cto ratione matrimonij Sicilie regni titulos et coronam acce-
pit. Cuius pater Martinus cum de Joannis aragonie regis
sui fratris erga se voluntate dubitaret: quoniam eum a quibusdam de sua et Marti-
ni filij morte paranda sollicitari nonnullis coniecturis aduenerat: cum filio
et nuru paruisque copijs Cathalanorum: Aragonum: et Valentimorum in Sici-
liam traiecit. Oblata vel honesta tunc occasione: propterea quod in Sicilia pri-
cipibus: ut fieri solet: absentibus: magni tumultus et multe seditioes erat.
Ubi seditioibus compositis: sedatisque tumultibus: nurus et filij nomine Sicilie
regno tantisper prestitit: donec legatos Aragonum de regis Joannis morte

nuncios accepit. Ad quē mortuo rege Joāne suo fr̄e sine filio: sic enī Petrus eorū pater in testamēto reliquit. Aragōiē regni successio spectabat.

De aduentu eius in Hispaniam et alijs rebus.

Quebratis igitur in Sicilia tota Joānis regis exequijs: cum septē
triremibus et alijs nauibus: multis Hispanis et Siculis comita-
tus equitibus: ad Marsilię portū delatus est. Hic dies quinq; cōmora-
tus: Auinionē petijt: vbi tunc erat sedes Benedicti Lunę summi pon-
tificis. A quo fuit exceptus honorificētissime. Hinc autem profectus in
Hispanias: primū Barcinonam: et deinde Cesaraugustam peruenit.
Ubi rex salutatus ab om̄ibus: cum magna ciuū leticia coronatus est in
ecclesia sancti Saluatoris: Idibus Maij: Anno. AD. ccccviij.

De morte Adarię vxoris eius et cōiugio Adargaritę.

A coronatione eius anno fere nono Adaria regina multis corpo-
ris fatigata laboribus: et animi curis confecta migravit ab huma-
nis in Villa regali regni Valentie. Qua mortua Adartinus rex habē-
dorū liberorū cupidus: vxorem duxit Adargaritā Pratarū comitis
filia: Benedicto Luna summo pontifice dispēsante: propterea quod ei
valde proximus cū illa cognatōis gradus intercedebat. Eterū natura
minus eius desiderio satisfecit. Ex ea enī proles nullā prorsus habuit.

De morte eius et Adartini filij Sicilię regis.

Sub idem tēpus obiit etiā Adartin⁹ rex sicilię filius ei⁹ in ciuitate
Callari: Sardis: qui rebellauerāt: subactis et in obsequiū Adar-
tini p̄ris eius adductis. Discessit autē a vita. v. calēdas Sextilis: Anno
AD. ccccix. Et iacet in ecclesia ciuitatis Callaris apud aram maiores.
Post mortē vero Adartini sicilię regis sup̄iuit Adartinus pater ei⁹
rex Aragonū menses ferme decē. Qui discessit ab hūanis prope Barci-
nonā in monasterio monialiū ordinis Cisterciēsis: cui Vallis donzelle
nomen est: pridie Calēdas Junias: Anno. AD. cccc. Hinc autē Bar-
cinonā delatus in ecclia pontificali: quā Sedem Barcinonēses vocāt:
sepult⁹ honorifice iacuit ad lat⁹ arę maioris vsq; ad tēpus regis Alfon-
si Ferdinādi sui successoris filij. A quo simul cum Violata regina fuit in
Populeti monasteriū collat⁹. Ubi iacet cū reliquis Aragoniē regib⁹.
Regnauit autē Adartinus rex Aragonū annos. xiiij. Qui moriēs si-
ne liberis Aragoniē regnū ad patrię et bonorum regnicolarū iudicium
reliquit: vt scilicet propinquoꝝ ac melioꝝ virum: et cui iustius regnū
deberi videretur: ac tutius committi posset: eligerent.


Linea

Regum

Aragonum.

Liber

De Ferdinādo Joannis Castelle regis fi-
lio: Qui post Martini mortem Aragonie
successit: rege sextodecimo: et Barci-
none comite. Liber quintus.



Et erum vt Ferdinādi ad Aragonie re-
gnum successio referatur: pauca repetē-
da sunt prius: quibus nō Ferdinādi so-
lum successio: sed filiorū quoq; eius pa-
ternus ac maternū genus agnosceretur.
Ab Joanne itaq; Castelle & vltioris



Hispanie rege: qui fuit Isabelle regine nostri temporis
Ferdinādi regis vxoris paternus proauus: dicere in ani-
mo est. Unū tamen hoc loco monere per necessariū duci-
mus: quod cū ceterioris Hispanie vel Celtiberie reges dicimus Arago-
nie: cuius autē vltioris Castelle significamus. Alterior enim Hispania a
Romanis olim Castellorū prefectis Castelle nomen accepit. Joānes
igitur vltioris Hispanie rex: vt paulo ante mentionē fecimus: Leono-
ram Petri Aragonū regis filiaz in matrimonium duxit. Que duos pe-
perit filios: Henricū: qui ob infirmas corporis valitudine Valitudina-
rius fuit appellatus: et Ferdināduz de quo loquimur. Ex quibus Joā-
nes pater: Henricū maiorez natu regem instituit: et Ferdinādo: quem
propter eximiam eius corporis animiq; prestātiā plurimū diligebat: mo-
riēs magnas bonorū mobilium partē testamēto reliquit. Henricus autē
mortuo patre quāuis minus prospera corporis valitudine: singulari ta-
men animi sapiētia ceterisq; virtutibus: que ad bonū principē spectāt:
regnū sanctissime gubernauit: et Ferdinādum fratrē: cuius erga se fidē
ceterasq; virtutes egregias in multis & magnis rebus perspexerat: sum-
mo semper amore dilexit. Cui preter multā pecuniaz: magnasq; mune-
ra: multorū quoq; oppidorū possessionez et cū omnibus iuribus proprie-
tatem donauit: propterea quod eius animi gratitudinē prius in exiguo

Inuere cognouerat. Quare non inemor fratne beniuolentie regieq; libe-
 raliatis Ferdinadus: cu post fris Henrici regis mortez oms fere vltimo
 ris Hispaie magnates Toletu Castelle primaria ciuitate conuissent:
 vt que essent habituri regem cognosceret: ipmqs Ferdinadus sese vehemē
 ter optare significaret: nulla quide cunctatioe nullaq; dnandi cupidita-
 te captus Joanes stanz fris Henrici filiu admodu paruulu suo humero
 ipositus cuctis altatibus ostedens: rex inqt proceres hic est Joanes fris
 mei fili? nobis oibus legitime colendus. Ego autē tantisper eius noie vl-
 terioris Hispaie regni gubernadi cura suscipia: donec me? hic Joanes
 ex fratre nepos adolescat. Huic igitur: vt nos ratio regniq; iura moner:
 obsequiu prestemus: solēmq; sacramēto rituq; nro seruato: nos regem
 huc habituros astrigamus. Vocē diuinā et summis laudib? extollen-
 dam: que quide natura superauit humanā: que proflus imbecilla est ad
 potētiā cōtepnēdam. Hic igitur Ferdinadus cuz maximis plurimisque
 virtutibus magnopere polleret: ab oibus quide totius Hispanie popu-
 lis mirummodu colebatur. Quapropter Martino Aragonum rege
 auiculo suo mortuo: cu hereditario iure: erat eni Leonore Martini io-
 rois fili?: tū eximio suaz virtutu splendore: ab Aragonie magnatib? ac
 populis ab Antiqra: quod est Bethice prouicie oppidū: per legatos ac-
 citus est: vt Aragonie regis titulu: possessioez et coronā acciperet. Com-
 monitis tamen et citatis prius omnib? eius cōpetitorib?: scilicet Federi-
 co comite Lune Sicilie rege Martini regis Aragonū nepote: Ludo-
 uico rege Neapolis: Andagauēsiuz duce: Atheo comite Forano:
 Alfonso Sandie duce: et Ripagorcie comite: Et Jacobo cognomēto
 Pratesi. Quoz parti venerūt: parti procuratores miserūt. Ceterū cuz
 super hoc dissensioes inter Aragonos: Valētiinos: et Cathalanos orire-
 tur: in quib? preter alios: etiā Garcia Cesaraugustan? archiepiscopus
 cū Antonio Luna liberius contēdens occisus est: qm alij Ferdinadus:
 alij Jacobū Aragonū Argelli comitez: alij Ludouicū Sandie ducem
 reges optabāt. Et igitur maiorib? malis occurreret: et populoz accen-
 sos animos extingueret et furores cōpesceret nouez viris virtute vitāq;
 probatissimis cōmissa res est. Quozū iudicio ac sentētia rex Aragonuz
 futurus eligeretur. Fuerūt itaq; huius rei iudices electi ex Aragonib?:
 Dominicus Dsectan? episcopus: qui postea fuit cardinalis: Beren-
 garius Bardaxinus iurecōsultus egregius: Et Franciscus Aradita-
 nus eques. Valentinozū nomine fuerūt: Vincentius Farrariēsis ordi-
 nis predicatorū: qui post mortez nō sine multis magnisq; miraculis san-
 ctrozū cathalago fuit ascriptus: Ludouicus Carthuran? predicti Vin-
 centij frater: Et Petrus Beltranus successor generij Rabaci: qui eo
 tempore in insania incidit: quaz: vt nonnulli volunt: ne sententiam suaz
 diceret: simulauit. Tam et si mente captum fuisse certissimum constat.

Luna

Regum

Aragonum.

Liber

Pro Cathalanis vero Sagariga Tarraconensis archieps: Guillelmus valseca: et Bernardus Qualbes sententias laturi erant. Qui simul omnes hanc ob causas in Caspa Aragonie prouicie oppidum omnium consensu se contulerunt. Ubi complures dies comorantes: et ut veri prudentes oia que impostero potuissent accidere cogitantes: tandem seruatis competitorum iuribus: et eorum perspectis moribus et rebus gestis: Ferdinadus ceteris pretertulit. Quos quidem non imerito coronadus iure declarauit. Quorum iudicium: quonia eorum sapientias et vite sanctitate satis perspexerat: omnes quidem partes dissentiente nullo tanquam dei oraculum acceperunt: et cum ingenti omnium leticia Ferdinadus confesti regem appellauerunt. Qui cum in vltioris Hispanie regno: ut supra dictum est: magnam oppidorum numerum magnamque patrimonium ab Henrico fratre relictum habuisset. Arraca: que mox Leonora nomen accepit: Alburquerque comitem admodum diuites uxorem duxerat. Cuius erant oppida quicquam et Castelle principatus: qui Hispanie dicitur Infantatus. Ex qua Ferdinando felicissima proles orta est. Quosque enim filij nati sunt omni nature munere prestantes. Alfonsus: qui patri oibus successit in regnis: suaque virtute propere labore Neapolitanorum regnum adeptus est. Rex quidem vnus maximus sui temporis omnium virtutum ac precipue liberalitatis exemplus. Fuit enim munificentissimus princeps. Quo factum est: ut omnium hominum gratiam facile promeruerit. Sed de hoc alias. Secundo autem loco natus est Joanes: qui cum ex dote Blace regine Nauarre: Regis Nauarre nomen et coronam assumpsisset: deinde Alfonso fratre sine legitimis liberis et successoribus moriete Siculis et Aragonibus imperauit. De quo iam plenam confecimus historiā. Post Joannem natus est Henricus: qui sancti Jacobi ordinis magister equitum fuit. Deinde Santius: qui Alcatara et Calatraque ordines militie prefecturam gessit. Postremo vero natus est Petrus: qui Neapolitano bello periit. Filie quoque due: Maria: que nupsit Joani regi Castellano: et Leonora: que fuit uxor regis Portugalie. Sed ad Ferdinadum redeo.

De eius aduentu in Aragoniam et coronatione.

In Caspe igitur oppido publice lata pro Ferdinando sententia coram Benedicto luna summo pontifice: regni proceres oratores ad eum statim miserunt. Quibus accitum ad accipiendas Aragonie regni successiones cum liberis et uxore multis Castelle nobilibus comitatibus Cesarasta venit. ubi in maximo populo et equitum totius regni conuentu celebratis conditibus et statutis ac obseruandorum priuilegioz facta confirmatio: fuit honorifice coronatus in ecclesia sancti saluatoris. iij. nonas septembris: Anno. m. cccxij. Qui priusquam vocatus esset ad Aragonie regnum: acre bellum mauris granatesibus intulerat. Quos Antiquaria: et alijs expugnatjs oppidis: magnis cladibus affecerat.

7 mca

7 Regum

7 Aragonum.

De rebus eius gestis post acceptū Aragoniē regnū.

Ubi vero Aragoniē suscepit imperiū: noui principatus rebus iam compositis: multa preclare gessit. Et Jacobum comitem Urgelli: qui contra eum rebellauerat: captus et bonis omnibus mulctatus custodia adhibitis in vltiorem misit Hispaniam. Unde mox in Factiue castellum detrusit perpetuo carcere damnatum. In quo comes angustie carceris impatiens breui tempore vitam finiuit.

De aduētu Sigismūdi imperatoris ad eū in Hispaniā.

Quod hoc tēpore Romę letiferū scisma: et ecclesię multoz annoz perniciosa diuisio: tres enī pontifices erant. Quozū vnus Benedictus Hispani generis: qui ante pontificatū Petrus luna dicebatur: diuersaz factionū veritus insidias in Hispaniā venerat. Qui: vt supra scripsim⁹ coronatiōi Ferdinādi regis prefuerat. Cuius causa rex Ferdinādu et xpianę religiōis amore comotus legatos ad imperatores Sigismūdu misit: rogatū vt Nazam: quę ciuitas est Gallię maritima nō longe ab Hispaniē finib⁹: conuenirēt: vt scisma iaz diuturnū tollerēt: et vniuersę christiāitati et dei ecclesię consulerēt. Sigismūdu autē christianissimus imperator accepta legatiōe sanctoz Ferdinādi regis cognito desiderio simul cū legatis eius iter ingressus Nazā venit. Interi vero Ferdinādu et si Valētię: vnde legatos ad imperatores miserat: grauissimo morbo decubuerat: triremē tamen ingressus e Valētia ad Colibritanū portū magno dolore fatigat⁹ peruenit: Ibi lectica Russinonē oppidū: quod Perpignanū vocant: delat⁹ indies crescēte morbo vltra progredi nō valuit. Quapropter de valitudine eius certior factus imperator ad euz Russinonē venit. Cui Ferdinādu in Hispaniā iaz ingresso Alfonso cū reliquis filiis magnoz numero nobiliū obuiaz misit. Et interea sancti Frāncisci monasteriū: propterea quod erat capacissima domus: hospitium parare iusserat. Ille autē cū venisset vbi paululū conqueuit regē in lecto iacētes adiit: et honorificētissime receptus est: longoq; sermone vltro citroq; habito demū familiaribus ammotis duo soli multa contulerunt. Hinc digressus imperator ad pontificē Benedictuz in oppidi Aracem se cōtulit. A quo magnis honorib⁹ exceptus et eius pedes osculatus Ferdinādi regis et omniū xpianoz principū suozq; noie multa verba fecit. Cui suā et alioz volūtates apertissime declarauit. Nā ceteri reges ad imperatorem sua vota detulerāt: et prudētissime supplicauit: vt quēadmoduz pōtifices alij pro cōmuni xpianoz salute et dei cultu et honore facere parati erant: ipse quoq; pontificatus onus et dignitatē deponeret. Benedictus autē quo magis ab imperatore rogabatur: eo pertinati⁹ in

Linea

Regum

Aragonum.

Liber

sua cōtumacia permanebat: affirmās vnuz se dūtāt atq; verū esse pon-
 tifices. Tūc imperator ad Ferdinādūz regē reuersus ei Benedicti pro-
 positū retulit. Rex igitur et impator illi obsequiū denegarūt: et ne quis
 euz pontificē diceret iusserūt. Quod vbi Benedictus intellexit: metuēs
 ne vel captus pontificatū dimittere cogeretur: vel aliquod periculū subi-
 ret: noctu clā egressus ex oppido Colibrim se cōtulit: ac prima luce trire-
 mem: quā ibi paratas cum alijs habebat: ascēdit. De cuius discessu rex
 Ferdinādus certior fact⁹ equites ad eū statim misit: supplicatū ne disce-
 dere vellet: propterea qđ apud se tuti⁹ esse posset: q̄ apud alium quēq̄.
 Cui Benedict⁹ per equites ad se missos hoc modo respōdit. Aden qui
 te feci in desertū misisti: Allusit eni ad regis coronatiōez. Cui Benedi-
 ctus pontifex: vt supra dixim⁹: p̄fuerat: perinde ac si dixisset. Ego te re-
 gez feci: et tu vis me priuare pōtificatu: Hoc respōso dato remos impel-
 lēs in Peninsulā: hoc est in insulā paruulā: quē Paniscula dicit apud
 Catētiāz: se recepit: et Sigismūdus impator ex Hispania discedens ad
 imperiū reuersus est. Rex vero Ferdinādus adhuc infirm⁹ aduersa va-
 litudine Barcinonā venit. Hinc in Aragoniā proficiscēs itineris labo-
 re defessus in Equalato oppido recidit in grauiorē valitudiez. Qua vi-
 ctus decessit quarto Nonas Aprilis: Anno, AD. cccxvi. Etatis vero
 sue. xliij. Aragoniē autē regno p̄fuit annos quattuor et mēses nouem.
 Qui sepult⁹ est in monasterio Populeti. Cuius vxor regia Leonora
 peractis exequijs in vltiorē redijt Hispaniam. Quē in oppido Ade-
 thymna cognomēto Lāpo: soroz: quē Scimoniales dicuntur: monaste-
 riū condidit noie Sancti Joānis dn̄az. Ubi persancte vixit annos de-
 ces et nouē: et diez suū clauit Nonis Januarijs: Anno, AD. cccxxxv.

Linca
 Regum
 Aragonum.
 Alfonso.

De Alfonso rege Ferdinandi filio cognomē-
 to Magnanimo: qui fuit rex Aragonuz. xvij.
 et vtriusq; Sicilie: et comes Barcinone.



A magna Fer-
 dinādi regis fe-
 licitatē: et incly-
 taz Aragoiē Si-
 cilieq; regni gloriā filius ei⁹
 Alfonso ingens omniū vir-
 tutū cumulus accessit. Cui⁹
 res magnifice strenueq; ge-
 stas: quē plurimę sunt et im-
 mortalitate dignissimę: ego consulto transeo. Eas eni Laurētius Va-

Illensis: et Bartholomeus Faccius: duo præstatiſſimi viri fideq; digniſſimi carthis nunq̄ perituris facundiſſime ſcriptas reliquerūt. Si quis igitur Alſonſi regis virtutes ⁊ res fortiſſime geſtas ſummis laudib; ex-
cultas cognoſcere velit: et Laurentium legat et Facciu. Qui de rebus
geſtis et virtutibus eius magnā et veram confecerūt hitoriā. Ceterum
Laurētianus de Regis Alſonſi rebus geſtis opus: quod a multis aſſe-
ritur ab eo editus fuiſſe: ego nondū vidi. Bartholomei vero Faccij ma-
gnum volumen: et in decē libros diuiſum Neapoli perlegi nuper apud
quendā Anthonnuſ ſiue Bernardinū: cui cognomēto eſt Bononia.
Qui eos Venetorū legatis ad Ferdinādum regēz tranſcribēdos com-
modauerat. Quibus certe libris et recēti fama cōmotus Alſonſi regis
multas et ingētes virtutes admiratus: illaz demū Stoicorum cōproba-
ui ſententiā: quę mihi perdifficilis hactenus videbatur: vt omnes illi vir-
tutes meſſe crederemus: in quo ſaltem earum vna eſſe videretur. Atq;
adeo quidez Stoicorū nunc a me vetus confirmatur opinio: vt nullam
proſus litē deinceps illis intēdam. Fuerūt eni in Alſonſo rege virtutes
tam cumulate ⁊ perfecte: q̄ multe. Quę nō modo magnis hitoriis ac
fama circunferuntur: verū etiam multis adhuc viuētib; et Iſpanis
equitibus et Siculis: qui rebus ab eo geſtis interfuere: memorantur.
Ipſe quoq; memini poſt captā Neapolim quot Siculos maximis ho-
noribus illuſtrauit: quibus ampliffima munera tribuit: quorūz domus
et genus præclaris nobilitatis titulis ornauit: quos equeſtris ordinis di-
gnitate cenſuq; donauit.

De eius eloquentia et eruditione.

Quis ego virtutes et res geſtas mecū cogitans: illud vnum quod
rariffime contigit noſtris præſertim tēporibus perſepe mirari ſoleo:
quod ſumm⁹ princeps et quiquagenarius et maximis plurimiſq; curis
diſtrictus ad latinas litteras reſpexit: earūq; deſiderio cōmotus et amo-
re iam capt⁹ a primis grāmaticę rudimētis veluti puer omni cura ſolu-
tus diſcere cepit. In quibus Laurētio Ualla et Antonio Panormita
præceptorib; vſus breui quidem tēpore plurimū profecit. Hinc poetas et
oratores omnes totius Italię atq; Sicilię: quorū conſuetudine mirū im-
modū delectabatur: mirifice iuuit et q̄maxime coluit. Qui vbi ſcientię
fructū guſtare cepit: ampliffimā ⁊ pulcherrimaz ſibi ſuiſq; litteratis hōi-
bus bybliotheſcam comparauit: libris q̄ plurimis conquiſitis ⁊ emptis
immēſo precio. Quos autē venales inuēire nō poterat a publicis et pri-
uatis bybliotecis commodato duz tranſcriberētur accepit. Atq; multa
Gręcorū volumina cuiuſcūq; ſcientię per viros eruditos ⁊ eloquētes in
latinū ſermonez traducere diligētiffime curauit. Cuius auſpicij ⁊ am-

Linea

Regum

Aragonum.

plissima liberalitate nimirū latinę litterę: quę iam pridē miserandas iacturam fecerāt et penitus ad interitū peruenerant: fuerūt ad pristinum statū et meliores cultū restitute: in magnoq; precio ac veneratione habitę. Floruerūt sub tanto p̄cipe quides nō solum bellozū duces et in remilitari fortissimi equites: Sed etiam vates et rhetores omnes in omni genere litteraz indulgētia summi regis excitati. Qui quāta et ipse claruit eloquētia scripta quidē eius et orationes quedā facile declarāt. Quaru: quomā de rebus eius gestis mentionez nullā sum factururus: aliquid hic apponere placuit: vt ceteri principes aut inuidia palleant: aut idēz face re studeant diligenter.

De eius sermone consulatorio ad Gabrielem Surrentinum familiarem.

Ut vales mi Gabriel: medici quidem te extra mortis periculū esse affirmāt: si modo illos obediēter audias. Quod vt facias te hortor atq; etiam rogo: ne secus faciēdo ipse tuę mortis causa fuisse infameris. Et in medicis quidē haud parū p̄sidiū vitę est: verū in deo multo maius ac certius. Is enī non vitę modo: sed mortis etiā sanitas et salus est. Illū ergo in primis ante oculos habeas: illi tota cogitatiōe adhęreas: qui te fecit: qui te a morte moriēs redemit: qui te iudicaturus est. Illū si quādo offendisti: nūc contritiōe: oratione: confessiōe: et sacris miterijs tibi places ac propiciū reddas. Hęc cū feceris et facies scio: et quidē deuotissime si bene pietatē ac constātiā tuā noui: hęc in q̄ cum feceris illius postea voluntati ac misericordię leto et forti animo te permittas. Solus enīz quid nobis profuturum: contra quid nociturus sit p̄noscit. Nec te timor aut opinio potius mortis offendat. Adors quippe bene pureq; moriētibus vita est. Hinc et dissolui cupiūt qui bene vixerūt et esse cum christo: vt bene actę vitę p̄miū consequātur lumen eternū. Et profecto mors vitę principū est: atq; eius vitę: quę neq; doloribus: neq; metui: neq; inuidiē: neq; erūpnis vllis subiecta est. neq; ipsi quoq; morti quit q̄ obnoxia. Et si altius aliquāto repetamus: inueniemus: mortez nihil aliud esse q̄ peccādi finē. Nam cū Adam contra mandatū dei in flagitiū lapsus esset: ne viuēdo culpa reuiuisceret: et in peccato persisteret: eius corpus e terra factū: terrę deus reddidit. Non vt creaturę quā fecerat: sed vt peccato quod creatura ipsa comiserat finē imponeret. Deus igitur et principū et finis: cū is vult nascimur: cū vult etiā morimur. Et sunt hęc prozsus quidē diuinitatis suę nihil ad nos pertinētia. Illud vero tantūmodo n̄o reliquit arbitrio: vt bene recteq; viuēdo bonuz nasci sceremur finē. Hoc itaq; quod vnū nostrū est: id est vt in christo d̄no moriamur summa ope adniti debem⁹. Quod qui faciūt non plane moriūz

linea

Regum

Tragorum.



tur: sed transeunt a corruptione ad incorruptionem: a mortalitate ad immortalitatem: a perturbatibus ad tranquillitatem. Non absurde fortassis quidam existimarunt mortem non modo malum non esse: sed bonorum omnium maximum. Verum enimvero quoniam euocationis die neque horam nobis scire datum est per quam salubre fuerit nos preparados esse cum deo sentientes et mandatis eius obsequentes nec dies differre tutum esse: sed insipienter factum potius existimandum. Plerosque enim vidimus summa corporis incolumitate repetere interceptos. Contra nonnullos usque ad medicorum desperationem redactos conualuisse. Ego quidem in presentia ut vides sanus integer et validus sum: Adde et tot tantorumque rex regnorum: opibus: potentia: estimatione fortassis non in postremis. Sed nunquam profutura hec mihi quit quam intelligam ad horam mortis dignoscendam: aut si intelligam putem me vel temporis momento illi resistere: aut repugnare posse: minime. Quia hec igitur omnia in dei tantum potestate sunt: nihil nobis reliquum videtur nisi cum deo bene sentientes eius preceptis: ut diximus cum in omni vita tum in vite termino maxime obediamus. Sed quoniam te verbis meis alacriorem aliquanto factum intueor: pergam te monere: et istis quidem monitis quibus hec brevis hora non modo sine metu: sed cum gaudio quoque transigenda videatur. Credimus firme omnes quod deus hominem fecerit ad imaginem et similitudinem sui. Nec cum fecerit credimus corpus fecisse sui simile: sed inflasse illi spiritum: id est animam ad similitudinem sui. Id cum ita sit quid nobis feliciter potest accidere: quam dimittere luteum corpus: viciorum sarcinam: et ad eum euolantes redire: qui nos non dedignatus est ad similitudinem sui facere: quo spiritus noster diuino ipsius spiritu repletus diuinitatis particeps et felicitatis eius agat eum: perpetuo inter angelos et sanctorum choros: et quoniam nos similes sui natura creauit: et simile appetat simile: oportebit nos legi nature parere hoc est ipsi deo: ut nemo unquam sapiens repugnauit. Natura ergo rapimur ad fruitionem dei: ad quam ne id refugas nisi morte migrandum est nemini. Quod ineffabilem dei benignitatem: dedit istis qui credunt in nomine eius: vel dei filios fieri posse. Et adhuc veremur mori: atque id statim facere quod velimus nolimus quandoque facturi sumus. Sane nisi deus id expresse vetuisset non expectanda sed conciscenda nobis mors esset: quo citius anima nostra perueniret ad patrem rerum omnium et factorum et dominum: quo simplicitatem: puritatem: eternitatem atque: ut ita dixerim: deitatem recognosceret et recuperaret suam in contemplatione rerum celestium et consortio sanctorum. Quid nos ita non dicam: amplius mors sed agitatio mortis deterreat: a qua momento temporis absolui mur: Et in qua aut nullus est sensus: aut certe breuis quidam eflatus: et istis quidem equanimitate lenior ac facilius. Adeo ne molles aut insolentes erimus: ut quid omnibus proorsus subeundus est iter: nobis vnus haud esse subeundum arbitremur. Adeo ne stulti atque dementes: ut nobis naturam: non nature nos parere debere cogite-

Liber

Mus: Atqui viridior e vita exeo in flore etatis. Quid refert obsecro q̄ ci-
to quis exeat si semel exeūduz? Nunq̄ ne animaduertisti q̄ quo magis
crescimus: eo magis decrescit vita? Quāq̄ per immortalē deuz quid in
hac vita potest esse diu cū ipsa etiam hominū longissima vita per breuis
sit et pūcti instar iudicāda: si cū eternitate eam conferas: vt non temere
fortassis credēdū videatur: nō ex interuallo aliquo: sed vna eadēq̄ hora
homies mori et nasci omēs. Eterum is mihi demū viuere videtur et in
etate adhuc imperfecta vitā perfectā ducere: qui vsq̄ ad sapientiam id
est vsq̄ ad cognitionē dei vixit: qui consciētia sua fretus mortis fiduciaz
preferēs leto atq̄ hilarī animo obeat aut abeat potius. Et si vis etiaz
dinumerētur anni et seruetur ordo vt liber: quid tibi paucorū annoz ac-
cessio boni potuisset afferre: aut quid nō mali potius? Tibi summa nūc
tui p̄cipis gratia. Tibi fratres et parētes incolumes. Tibi patrie ipsi-
tue et haud paruus propterea dñatus. Tibi facultates et copie nō me-
diocres. Sed horū pleraq̄ fortune temeritate reguntur. Certeq̄ nobis
pro gr̄a inuidiā et maliuolētiāz subgerit. Pro sanitate: morbos et egri-
tudines. Pro dñatu: seruitutem et exiliuz. Pro fluētia et diuitijs: pau-
pertatē et inopiaz. Pro bona etate: tediū atq̄ odium. Ibi nimirū hi fru-
ctus sunt: quos p̄sens vita acerbissimos exornare cōsuevit: quos euita-
re et morte p̄cidere sapiēs vir si liceat debet. Et tunc secū bene feliciter
q̄ actū esse existimare: si cū hęc fucata et fallacia bona sibi arriserint: ea
deserat. Nec vero te vlla de parētibz aut fratribz: quos relicturus for-
tassis es: subeat sollicitudo. Eos quidē mihi cordi iam iamq̄ esse et fore
scias: nō minus sane: ne quid ardetius dicam: q̄ te ipsuz in cuius recor-
dationē **A**darinuz frat̄re et ipsuz p̄clare spei adolescentuluz in tuos ho-
nores in tuas fortunas et fortunaz spes protinus assumo. Tu vale eter-
nuz et si mādatis meis impigre semper obtēperasti: nūc si a deo optimo
maximo ac reguz rege tibi vitę exitus denūciari videatur: letus agensq̄
gratias pare et obtēpera. **H**ac oratiōe confirmatus et erectus adole-
scēs paulopost hilariter et cū dei mira cognitiōe migravit. Rex illi infe-
rias magnifice persoluit: et sep̄cro huiusmodi disticō exculpi mādauit.
Qui fuit Alfonsi quondam pars maxima regis
Gabriel hac modica nunc tumulatur humo.

Oratio eius ad Ferdinandum filium
contra Florentinos proficiscentem.

Ampulsus tandē Florentinoz iniurijs: quas nobis ac Venetis
socijs et amicis nostris: quottidie inferre pergūt: constitui animo
te: quo nihil habeo in vita charius: aduersus eos cū hoc exercitu mitte-
re. Sperās dei ope: qui iusticię fauet: et tua atq̄ horū milituz virtute fo-

mea

Regum

Dragonum.



re: vt acceptas iniurias vlciscamur. Simul vt cognoscant iniuste se fecisse qui cum hostibus nostris fedus atque amicitias iunxerit: seque in eo errasse: neque satis recte eorum rei publicae consuluisse. Et quo id alacriore animo suscipias agasque: hosce veteranos milites meos mihi charissimos: quos tibi magnae gloriae: si iis uti scieris: futuros reor: trado: tuoque fidei mado: quorum virtus ac fides: multis meis magnis laboribus ac periculis superioribus bellis mihi nota et spectata est. Quorum opera omnis ad hunc diem victorias et Neapolitanum hoc regnum triumphumque adeptus sum. Quibus denique adiutoribus ac bellicis magnam Italiae partem maiorum nostrorum imperio et gloriae adiecimus. Hos veli in primis ames charosque habeas putasque nihil ne vitas quidem ipsas a me tibi commendari posse diligentius. Quod cum feceris: meas a te gloriam amari expetisque tu denique existimabo. Hos vide ne temere in discrimen mittas. Nec vero multum a te cohortandi aut oratione incitandi erunt: si quid periculi subeundum fuerit: magis a te reprimendus moderandusque quam verbis accedendus eorum animus erit. Tales tibi viros ad necessarios casus reserves facito: in quibus scilicet de dignitate tua agatur aut fama. Nec vero apud me dubium relinquitur qui eos ita habiturus sis: vt impatores eundem habere se sentiant. Id autem te ante omnia monitum velim: ne tantum tuae aut horum militum fortitudini fidas: vt arbitreris absque diuina ope a te hostes superandos. Victoria enim non ex hominum consiliis: sed ex summi dei voluntate ac potestate proficiscitur. Tu denique tibi militares artes profuturas scito: cum deum tibi pietate ac iustis factis propitium reddideris. Eum igitur: si vincere expetis: pura mente colito: spemque omnem victoriae in eo reponito. Et si quando: quod solet in bello contingere: tibi quicquam aduersi acciderit: quo existimare possis ipsum deum tibi subratum esse: vide ne ab eo per impatentiam aut animi perturbationem discedas: sed potius satisfaciendo ei reconciliari stude. Solet enim deus quos diligit interdum malis afficere: et quos constantes in aduersis videt: rursus in meliorem fortunam restituere. Estimatio diligetissima tibi ratio habenda erit: putandumque nihil ea re in humanis rebus pluris esse aut fieri debere. Quippe cum victoria nonnumquam magis estimatio et fama: quam militum robore ac virtute comparetur. Et victoria quidem saepe cladibus mutatur: at fama si cum probitate et fide coniuncta fuerit: et permanet et cum omni aeuo perdurat. Honestati itaque a te incubendum erit: qua detracta: nec principi illi deo placere: neque apud mortales auctoritatem ullam stabilem aut gloriam consequi possumus. Venetorum vero amicorum ac sociorum nostrorum rem publicam nostram esse existimato: eamque non minore studio ac diligentia: quam status nostrum defendito. Pro qua quidem conseruanda et amplificanda: nec sumptui nec militum labori parcas iubeo. Cum iis eo animo societatem iunxi: vt quod diu nobis vita contingerit omnia eorum prospera et aduersa mihi communia habiturus sim. Nec te ab hoc proposito deter-

Liber

reat aut pecunie: aut alius cuiuspiā rei indigētia. Namq; oia que bello vsui fuerint: tibi a nobis abūde suppeditabūtur. Et vt vno verbo agaz: nō magis tibi: q̄ mihi ipse defuturus suz: vt scias si modo tibi ipse ne defueris nihil tibi per nos defore. Illud postremo obfuoato ac mādato memorie in quo tua laus et gloria elucescet. Si qui ex hostibus ante q̄ oppugnentur in deditiōē veniāt: eos benigne in fidē tuaz recipias. Ac si qui fortasse obstinationib; animis diurnā obsidionē pertulerint: cū in potestātē tuaz venerit: clemētiaz potius: q̄ illorum pertinatiā respicias. Adagisq; quid te ac gente nr̄a: que semper crudelitātē odio habuit: q̄ quid illis dignū fuerit cogites. Que si obseruaueris et nobis leticiaz et tibi gloriaz paries.

Oratio Dominici Firmani cardinalis ad eum pro Italię pace concilianda.

Rem sane facilē et tibi vltro expetēdas: vt pro oibus his legatis verba faciā: a te rex oratū venimus: pacē scilicet ac societātē tuaz: quorum vtrūq; et dare et accipere tuę bonitatis est: presertim hoc miserrimo tēpore quo vniuerso xp̄iano generi ac religioni nr̄ę sanctissime periculū ab exteris natiōibus impēdet. Que causa in p̄mis hosce populos ac p̄cipes mouit: vti armis positis cōmuni quieti cōsulerēt. Nec vero putes ab hisce in agēda pace contēptui esse aut neglectui habitū: q̄ eam te incōsulto fecerit: ita enī fieri necesse fuit: quo facili⁹ conficeretur. Que fortasse aliq̄nto plus difficultatis alioqui fuisset habitura. In ea enī haud preterita est honesta de tua dignitate mētio. Sed et tibi relictus et cōcessus eius ineundę locus. Nec tu id in status tui detrimētuz aut dedecus vllū factū arbitrere. q̄ si te nō alia ratio moueret q̄ Italię quietis: que prouicia diutissime exagitata atq; intestinis bellis vexata est: ita vt qui vicit similioz victo videatur: esse tamen et equitatis et humāitatis tuę cōmunes hęc pacem et societātē amplecti: vt tandē aliquādo quātum in te esset quiesceret. Atq; vt hęc ex ea pacata laudē gloriaq; tuaz lauduz cumulo adijceres. At cū in presentiaz nō de ea pacāda: sed potius de tuanda et conseruāda agatur: multo magis debes cōmuni huic federi et consentiēti ceteroz populoz ac principū volūtati acquiescere. Immet enī nobis bellū et graue et periculosuz: quale multis iā seculis in Italia nō auditum. Agitur salus Italię: agitur salus totius christiane rei pu. Agitur salus sanctissime religiōis nr̄ę. Adahometus atrocissim⁹ christiani nois hostis nō contēptus capta Constantinopoli: que vrbs a Constantino potissimū aduersus Theucrozū impetus cōdita est. In cuius expugnatione: quas cedes: que incēdia: quas rapinas: quos incestus: quas tēploz violationes: quas sacrozū corporū prophanatiōes: que xp̄i

Italia

Regum

Itagonum.

dei nri: que virgis sanctissime ludibria commiserunt non es nescius. Non
 contentus in q̄ Grecia oppressa que aut iam omnis paret: aut metu eius co-
 tremiscit. Non contentus demq̄ finitimaz gentium obsequio: emergere
 iam e Grecie claustris: atq̄ in Italiaz erupere: Romamq̄ caput ac sedem
 sacro sancte religionis nre petere velle minitatur. Nec solum nullam acce-
 pit pro tantis scelerib⁹ suis penas: sed tertium iam annum Tracie Grecieq̄
 onatur. Qui interi post captam Constantinopolim tempore ad comparandos
 exercitus contrahendasq̄ vires ex quibuscumq̄ gentib⁹ collato. Persua-
 sit sibi hostis callidissimus: si dissentientes Italiam inuenerit: ea se facile
 potiri posse. Hac aut subacta ceteros christianos populos ac principes
 imperata facturos. Properat hostis accerbissimus: quo nos bello con-
 tendentes improviso opprimat: nulluz tempus pestiferis consilijs eius ex-
 quedis aptius existimas. Nec fallerit euz profecto cogitationes sue: si ocio-
 si illi⁹ conatus expectabimus. Si non occurrerim⁹ eius furori: tanta est
 eius potentia: tanta auri atq̄ argenti vis: tanta classium moliendarum oppor-
 tunitas. Tanta demq̄ eius hominum in bellum multitudo. Clauis est iam
 mare Egeuz nauibus nris: nec amplius nisi plures simul onerarie: eeq̄
 magne Egei maris insulas et orientales oras: quib⁹ in locis xpianis ne-
 gociatorib⁹ vberimus questus solebat esse: adire iam non possunt. Clau-
 sus est nobis mare Ponticum: et ipsuz generi nro fructuosuz castellis tra-
 situm impediens in ipso bosforo Tracio ab utroq̄ litore excitatus. Ha-
 bet preterea in bellum consentientes Scythas genus hominum: et multitudi-
 ne et corporum roborē: et bellandi artibus formidabile: qui xpianorum oppri-
 da: que in hostio sunt aut breui opprimet: aut certe quieta esse non sinet.
 Diuisit iam in omnes partes barbarorum et infidelium nationum oratores ad
 eos maxime: quos mari viciniores expeditioni sue prodesse posse intelli-
 gat: ut illorum auxilijs atq̄ opibus suffultus incorruptissima fides nostram
 fundit⁹ euertere ac sacrilegi illius Mahometi: quod deus auertat: ne-
 fandis legibus subiciat. Nec dubium est qui et Syros: et Afros: et Adau-
 ros reges et ceteros etiam a mari remotiores aduersus xpianos in belli so-
 cietate trahat. Adira est enim vis religionis: que etiam si mala ac detestabi-
 lis sit: tamen animis semel insita ac penitus impressa inflamare homines et
 concitare ad sui timorem solet. Omnes enim quas ipsi colunt religiones potio-
 rem ac sanctiorem aliena putant. Hec mala Italie atq̄ pericula sola pax
 atq̄ consensus vel tollere vel subleuare potest. Tantum enim est Italie in
 armis nomen: ut vel solo rumore confectę pacis ac publici federis possit
 insolentissimum hostem a perniciosis conatibus suis absterrere. Sed nec
 hoc quoque satis est. Duce enim et auctore opus est: presertim bello mariti-
 mo: in quo maxime victoria reposita videatur. Qui enim plus classe po-
 tuerit: facile profecto terrestris belli victoriam ceteris reliquit. Nam quod diu
 mare illi tutum ac liberum fuerit: nec comatu nec milite propter vicinitates

Zmea

Regum

Tragorum.

Liber

terre Asię ac paterni regni prohiberi poterit: quo cōmertio atq; oppor-
tunitate sublata: aut fame aut ferro vincatur necesse est. Te aut vno ne-
minē aptiores ad tantū imperiū gerēdū arbitrātur: omnes ad te summo
consensu hęc prefecturas deserūt. Vident in te omnia abūde esse quibus
eiusmodi impatores predictū esse oportet. Summā scilicet belli sciētiaz
egregiā virtutes: amplissimā auctoritatē: maximā felicitatē. Quarum
omniū rerū mirifica exēpla ijs quę gessisti bellis demonstrasti: Neapoli-
tano: Adassiliēsi: Hispanēsi: Africano. Vidēt etiā id quod maxime hu-
iusmodi bello requiritur: te maritimis copijs ac nauibus plurimū posse.
Tantūq; maiestati tuę tribui: vt nulla Italię ciuitas: nulla classis futu-
ra sit: quę tua signa nō libens sequatur: quęq; mādatis tuis parēdū nō
existimet. Quę res maxime in hac expeditōe necessaria existimatur: cę-
teris enī equalitas ipsa inuidiā excitat: nec alios alijs p̄esse patitur: ti-
bi omnes p̄optissime absq; inuidia obtēperaturi sunt. Nec vero et si an-
te hac magna et p̄clara facinora gessisti: superiora bella tua cū hoc bel-
lo gloria comparāda sunt. Illa enī superiora habēt fortasse aliqd quod
non omnes probēt: quoniā non sine xp̄ianoz sanguie confecta sunt. Hoc
autē verā et solidā et constātes omniū opinōe gloriā in se habet: q̄ con-
tra barbaras gentes: cōtra religionis persecutores atrocissimos suscipi-
tur ac geritur. In quo qui interficit magnū pietatis locū sibi apud deū
immortalē vendicat. Hoc tuū factus om̄s vno ore laudabūt: et consentiē-
ti fauore p̄sequētur. Nec erit vllus tā iniquus rerū estimator: qui nō il-
lud oibus rebus hac etate n̄ra ab oibus regibus gestis merito antepo-
nendū iudicet. Hęc igitur prouicias quo possis suscipere: comunē hanc
Italię paces ac fēdus in eas oportet. Nam absq; hoc nec Italię vires
cōponi: nec magnū aliquid mari geri potest: p̄serti contra hostē poten-
tissimū. Qui postq; Constantinopoli potitus est: nihil om̄ino p̄termi-
sit tēporis ad edificādas classes: cui⁹ rei magnā ei cōmoditates p̄bet et
loci situs et materię copia: quę in ea regiōe permagna est. Hoc vt agas
a te petit vehemēter Nicolaus pontifex maxim⁹: a quo ego legatus ad
te venio. Qui iminētibus periculis fidei ac rei pu. xp̄iane obuias iri q̄
primū expetit. Hoc te orāt hi legati clarissimi viri: hoc te ois Italia: hoc
te vniuersū christianū genus: vt te duce maritimi belli in cōibus pericu-
lis vti queat. Noli obsecro Italię deesse: rē pu. xp̄ianam sanctissimā: reli-
gionē nostrā quātus in te est tuere ac serua. Noli pati fides nostrā ruere
in qua animarū nostraz salus consistit. Occurre impēdenti malo. Noli
expectare dū immanissimę gentes xp̄iano nomini inimicissimę ad tan-
tus bellū coeāt: quod sustinere tota Europa nō valeat. Nam quota pars
orbis terraz Europa est: cui⁹ etiā magnā partē Scythę tenēt. Tan-
tos possunt hęc gētes exercitus cōficere: vt illoz tantūmodo aspectū chri-
stiani ferre vix possint. At si maturabim⁹ om̄ia nobis secūda erūt, Rece-

Almea

Regum

Alagonum

pta enim maris possessioe cum in Grecia Thracia exercit' nri transierit: mahometi furor cohibebit: et ceteri gentes rei eventum tacite expectabunt. Laue rex premitas hac sempit' ac vere glie occasione: que tibi a deo immortali permessa et parata est. Cogita quanta sit eorum principum gloria: qui pro xpiano nomine vel amplificando vel seruando aduersus hostes religionis nre bella gesserunt. Carolus ille Francorum rex: qui Aquitania et Gallia rogata et thracia et alias quasdam gentes e manu barbarorum ereptas ad fide nram redegit: et magni appellaciones meruit: et quod diu orbis terrarum stabit ab oibus mortalibus pleno ore laudabit. Godefredi nomen: qui Hierosolimas et xpi dei nri sacratissimum monumentum eiectis Syris aliquando recepit: qui postea locus rursus in eorum potestate nra negligencia recidit: in oibus gentibus per quod illustre est. Sigismundi imperatoris gliaz: qui contra hosce Theucros sepius prospere pugnavit: nulla unquam etas conticecet. Joannis vanode: qui toties sua virtute atque consilio huius mahometi preces prelio fudit ac vicit multos Theucorum milibus cecidit: quanta sit fama apud omnes vides. Sed nil te magis commouere debet: quam religionis nre scissime discrimen: in qua aiaz nram felicitas sempiterna p'inet. Pro hac decertadus: pro hac fundende vires: pro hac denique vita ipsa exponenda est. Si tu pacem hanc et fedus Italicum asp'neris: reliqua Italia obtorpescet: aut de bello intestino sollicita erit. Qua cessante aut de maritimis apparibus nihil cogitare ceteri xpiani principes ac populi: qui sibi remotiores ab hoc incendio videtur: et ipsi quoque obmissis belli curis domi se continebunt. Quapropter amplectere obsecro hac communi pacem ac societatem: que cois non solum Italie salutis: sed et totius xpiani generis atque ordinis causa instituta est. Teque ad bene merendam de toto genere xpiano de Italia presertim: que te tanquam ducem et imperatorem suum respicit natum esse ostendet. Pro qua quidem re componenda in iis: que equa et honesta postulaueris: hosce legatos et eorum ciuitates ac principes eas ob rem ad te profectos faciles reperies.

¶ Responsio eius ad legatos.

Nunquam mihi adeo secunde res aut domi aut belli fuere: quam si cum bello pacem mutare licuerit: bello pacem pretuleri. Nec vero nisi aut lacessitus aut pro sociis ad hunc diem arma suscepti ac gessi. Nec me tanta ratio vlla mouit impij aut regni augendi: quod dei munere satis esse amplum atque opulentum scio: quam mee ac popularium meorum quietis ac tranquillitatis. Neque semper finis consiliorum meorum fuit: ut absque iniuria in pace uiuerem. In bello pacem non in pace bellum querere soleo. Et si quando a nobis hostis pacem petijt nunquam eius asp'neris: sed honestis conditionibus petitis pacem dedi: proque amico postea habitum passus regnum meorum permertio perfrui. Hoc posterius bellum Florentinum: iam neminem nescire arbitror: Venetorum sociorum et amicorum causa non vlla cupiditate mea a me susceptum esse. Quoscumque virgeri

Linea

Regum

Tragorum.

Liber.

premijs ab hostib⁹ cerneret nō fuit equitatis mee in tāto stat⁹ discrimie destituere. Ita si a me esset petita pax: vt a Venetis: nō fuisset profecto durior in ea pcedēda: q̄ ipsi Veneti quoz gr̄a belluz susceperā. Nec debuit certe: vt venetoz pace loquar: res tāta p̄serti que mea tātope referret: me inscio atq; incōsulto agi. Sed que acta sunt redargui magis q̄ emēdari queūt. Ego per me stare noli quū hęc pax atq; societas cois fiat. Nolo cōsentiēti Italię deesse: potissimū cuz hęc ipsaz societate ac paces que admodū ipsi differuistis ad toti⁹ xp̄iani generis salutē ⁊ p̄seruationē pertinere agnosca. Video enī quozluz tendat mahometi hui⁹ insolentissimi conat⁹: video quid struat ac moliat tantaz classū atq; exercitū apparib⁹: video quo spectet illi⁹ audacia: quo ve sit pertiata ⁊ cupiditas ei⁹ euasura. Si fuisset bello vacu⁹ om̄s profecto iā vires in ei⁹ perniciez cōuertisset: nec esset passus q̄tū in me fuisset: ei⁹ furorē euagari latius. Sed bellū p̄silia mea cōturbauit. Quo nūc liber at⁹ deo volēte propositū meū profic̄ potero. Ego enī labenti rei pu. xp̄iane deesse nec volo nec possū: et vel dux vel comes hui⁹ gl̄iosimę expeditiōis ire non recuso. Tantūq; abest: vt eas deserere in aio habeā: vt om̄s copias ac facultates meas i eas rē colatur⁹ sū: ne vitę quidē parsur⁹. Statui enī pro illi⁹ religiōe defendēda vitā expōere: qui pro hūano gen̄e p̄seruādo vitā expōere nō dubitauit. Sic maiores mei: sic ego ab adolescētia institut⁹ sū: vt diuinā religiōez oibus reb⁹ anteponā. Sed si honesta pcedētur atq; postulabunt: nec p̄rificis maxim: cui⁹ auctez plurimi facio: nec hoz populoz ac p̄cipū volūtati refragabor. atq; huic necessarię expeditiōi seruiā.

¶ Eius oratio ad Cardinales et Italię principes in expeditiōe contra Theucros.

Scio plerosq; vestrū demirari p̄res venerabiles et inclyti proceres q̄ cū toties de expeditiōe in theucros verba fecerim⁹: ea q; miro cōsensu om̄es capescēdas censuerim⁹: cur illa hacten⁹ a me dilata ac pene derelicta videat. Quod equidē nolim arbitremini: aut negligētia mea aut pusillanimitate fortassis accidisse. Naz bellū hoc nobis necessariū visuz est: et vt cūq; tandē omnio suscipiēduz. Vez dū alios Europe p̄cipes respicio ad quos huiuscemodi belli cura vl̄ auctoritate vel potētia aut rerū peritia magis pertinere videbat: in hūc vsq; diē rem distulim⁹: certe ne insolētię aut arrogātię argui possem⁹. In p̄sentia vero cū illorū neminē ad hęc rez animū intēdere aiaduertaz: ac propt̄ea hostiū animos indies magis crescere atq; inolescere: statuo: si id quoq; vobis visuz fuerit bellū in xp̄i dñi ac xp̄ianoz hostes vlt̄er⁹ nō differre: nō quod ad tantā belli molē per meipse satis omnio esse cōfidaz: sed qd̄ in xp̄o cuius res maxime agitur q̄ plurimū speret. Hic enī ⁊ vires nobis et opes ⁊ industria et deniq; victoriā suggeret. Naz si nūq; sperātes in seipsuz dere



liq̄t: cur nos qui nō in nra potētia: quę nulla est: sed in ei⁹ brachio et be-
nignitate cōfidim⁹ destituar⁹: presertim euisipsi⁹ iniurias vlciscētes: Bel-
lus quidē contra eos suscepturi sumus: qui xp̄i summi ⁊ singularis dei tē-
plus sedauerūt: **A**darię matris effigiē sagitta per ludibriū transfixerūt:
sc̄toꝝ martyꝝ reliq̄as parti igni: parti canibus edēdas abiecerūt. Quo
quidē in bello si vicerim⁹ orbis terraz p̄miū erit: si victi fuerim⁹ celus.
Utrūq̄ igitur res cedat: magna nobis aut immortalis gl̄ia parat. Verū
ego beneficia oipotētis dei nōnunq̄ mecū reputās: tria illa vel p̄cipue
comēdare ac p̄ferre soleo. **P**rimū q̄ me nō beluā: sed hoiez hoc est aial
ratioe p̄ditū fecerit: alter q̄ xp̄ianus: tertiu q̄ tot tantozq̄ regnoz re-
gez et dñm. Sileo p̄ter hęc plura. Sed his tribus tantū deo optimo ac
benignissimo me obligatū ⁊ obnoxiiū sentio: quib⁹ mihi nisi mortaliū in-
gratissim⁹ esse ⁊ haberi veli: haud ampli⁹ obscitādus aut torpescendū sit
neq̄ expectandū an quid alij moliātur aut parēt: sed rūpenda poti⁹ mo-
ra classiq̄ habene immittēde. **M**as per immortalē iesuz: quid est qd verear
quo min⁹ bellū hoc honestissimū ac piissimū amplectar⁹: an ne corpuscu-
lū hoc: an ne regnaz reliq̄ bona: an ne deniq̄ aiam ipsaz amittā: Verū
hęc oia vt a deo mihi cōcessa: ita ipsi deo rādes restituēda sunt. Et plane
profitear quicqd huic bello destinādus sit meū non esse: atq̄ ei cui⁹ id est
iure ac merito reddi debere. **B**ellū itaq̄ nobis proponitur in quo nihil
qd nostrū sit perdere possum⁹: sed in quo etiā perdendo vincam⁹ perpe-
tuāq̄ felicitatē adipiscamur. **S**at mūdo seruim⁹: sat voluptatib⁹ con-
cessim⁹: reliquū etatis deo dandū ⁊ p̄secrādus est. **V**ictoriā oli de seclari
regno dimicātes cōsecuti sum⁹: quid speram⁹ fore si de xp̄o ac pro xp̄o pu-
gnaz oium pulcherrimā subierim⁹: **P**erpudeat iaz xp̄ianos ⁊ xp̄ianoz
p̄cipes tot poploꝝ a machumetanis debellatoꝝ: tot regū procerūq̄ in-
terēptoꝝ: tot hominū in seruitutē adductoꝝ aut in machumetanā perdi-
tissimā heresiz redactoꝝ: virginū stuprataꝝ: dei veri ac sc̄toꝝ imaginuz
subuersaz atq̄ huiuscemodi prope innumerabiliū stumeliā. **E**t iā co-
gitem⁹ capta **C**onstātinopoli hoc est claustris **A**się difractis nisi hostiū
conatib⁹ stati obstiterim⁹: de nobis deq̄ xp̄ian a religioe protin⁹ actum
esse. **H**is atq̄ alijs ratioibus adduco: si vos itē annueritis bellū pro fi-
de catholica cōtra theucrū quod nobis atq̄ omi xp̄ianę rei pu. faustum
felicet et fortunatū sit confestim suscipere **A**uetote.

De eius vxore et liberis et loco et tempore mortis.

Uxores duxit **A**lfonsus **A**dariā **H**enrici **C**astelle regis patru sui
filiā. **E**x qua proles nullā suscepit. **E**x alijs tamen mulierib⁹ **F**er-
dinādus genuit filiū: quę primū **C**alabrię ducē: et deinde moriēs reges
Neapolis instituit. **H**abuit p̄terea filias duas: **A**dariā: quę fuit vxor
marchionis **F**errarię: et **L**eonorā: quę nupsit filio ducis **S**uessani: cui


hij

Linca

Regum

Aragonum.

dedit Rossani principatū. Aragonū vero et Sicilię regnū ceterosq; pri-
cipatus reliq̄t Joāni fratri regi Nauarre: sic enī Ferdinādus pater ei⁹
testamēto mādaauerat. **D**ecessit aut̄ rex Alfonsus in castro nouo ciuita-
tis Neapolis. iiii. calēdas Julij: Anno. **AD**. cccclviii. ⁊ etatis suę. lxx.



Joannes.

De Joanne rege Aragonū decimo octauo et Bar-
cinōe comite: qui primū fuit rex Nauarre ⁊ post obi-
tuz fr̄is Alfonsi successit in Aragōie ⁊ Sicilię regnū.



Aannes: vt modo dixim⁹: rex Nauarre post
Alfonsi fratris obitū Siculis ⁊ Aragonibus
ceterisq; principatib⁹ Hispanię citerioris im-
perauit. **D**e cuius tot⁹ fere vitę cursu rebus-
q; gestis pleniorē iam confecimus historiā. Quapropter
hoc in loco filios et successores: sicut in arbore continetur:
duntaxat referemus.



De eius vxoribus et liberis.

Anum agens fere vigesimū Blancę Caroli Nauarre regis fi-
lię duxit vxores. **D**e qua mor̄ illi fili⁹ Carolus natus est: qui fuit
Cianę p̄iceps. **D**e quo in vita patris eius latius locuti sumus. **E**t filię
duę: quarū altera noīe Blanca Henrico nupsit Castelle p̄icipi: cū quo
deinde diuortium fecit: illi⁹ experta nature defectum: et in Nauarrę re-



uerfa paucis dieb⁹ e vita migravit. Altera vero Leonora: que fuit vxor Gastoni Forani comitis: et post obitum patris fuit regina Nauarre. Ceterus rex Joanes Blanca defuncta: Joanas secundā duxit vxores Federici ammirātis Castellę filiā: que totides peperit filios: idest Ferdinandus: de quo dicemus inferius: et Joanam: quas Ferdinandus Neapolitanorus rex vxorē duxit: et alteraz noie Maria: que puerilibus annis obiit. Alios etiā habuit filios nothos ex feminis alioquin nobilissimis: ex quibus Joanem progenuit archiepiscopū Cesaraugustanū: et Alfonso Villegormose ducē. Quorū matres Castellane et generose fuerūt. In Nauarra quoq; ex femina genere nobilissima de Ansarum familia suscepit Ferdinandum et Maria: qui puerilibus annis e vita migrarūt: et Leonoram Lerini comitē: que nupsit Joani Nauarre come stabili: et Alfonso: qui paruus obiit.



De Ferdinādo rege Castelle: et Aragonū decimo nono: et vtriusq; Sicilie: Hierusalē Galētie: Brana te Maioricarū: Sardinie: Corsice: et comite Barcinone: duce Athenarū et Neopatrie: comite Rossinonis et Ceritanie: Oristani Marchione et Sociani.



Ferdinādus Joānis filius Sicilie Rex et Aragonie princeps adhuc adolescēs patre q; viuente Isabellam Joānis Castellę regis filiam vxorē duxit. Que fratri Henrico: qui sine prole migravit: i regno Castellę successit. Cuz qua Ferdinādus matrimonio coniunctus Castellę regis titulos et nomen accepit. Cui⁹ et vxoris eius mores egre

gios et res animose sancte q; gestas et homies nostri seculi nō sine stupore quodam contēplantur: et non immerito posteritas omnis admirabi

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Liber. v.

Sine
Regum
Aragonum.
tur. Omnia siquidē consilio diuino potius: q̄ viribus humanis gessisse videtur. De quibus et alij scriptores magna volumina cōplerunt: et ego quāuis ad res tantas minus idoneus deinceps deo fauente scripturus sum. Nūc itaq; vt de reliquis Aragoniē regibus in arbore contētis fecimus: quos progeniuit Ferdinandus liberos breui sermone narrabimus. Suscepit igitur ex **H**isabella Joannem vnicum filium: qui cum **A**dargaritam **A**daximiliani imperatoris filiam duxisset vxorem: post confectas nuptias paucis diebus et adhuc adolescentulus diem clausit vite sue vltimus. Venit et filias quattuor: **H**isabellam: que primus nupsit **A**dichaeli: Joannis **P**ortugaliē regis filio: quo vita defuncto deinde fuit vxor **E**manuelis **P**ortugaliē regis. Secūdas filiam suscepit **J**oannaz: que nupsit **P**hilippo **A**daximiliani imperatoris filio. Tercio loco nata est **A**daria: regina **P**ortugaliē: que post mortem **H**isabelle sue sororis **E**manueli nupsit **P**ortugaliē regi. **U**ltimas suscepit filiā **C**atherinam: que nupsit **A**ngliē regis filio. Venit preterea **F**erdinandus ex quadam generosa virgine: que fuit **E**uolis vicecomes: **A**lfonsus **A**ragoneum **L**esaraugustē et **A**dontis regalis antistitem: qui patris prestantissimos mores et omnes virtutes sic imitatur: sic eius recta vestigia sequitur: sic eum totum refert: sic demq; seipsum gerit: vt non minorem quidem ipse suarum virtutum materias scriptoribus prebeat. **C**uius vite probitas: animi bona: et nature felicitas verum quidem illud nostrum tetrastichon faciunt.

Principe virtutes omnes qui queris in vno:
Alfonsum certe queris Aragoneum.
Possidet hic animi dotes et corporis omnes:
Et princeps felix quicquid habere potest.

Aliud tetrastichon nostrū de eiusdem principis memoria futura.

Si genus et virtus viuunt post funera magni
Principis: inuita si bene facta manent:
Historis egregium famam superabit et annos
Principis Alfonsi nomen Aragonei.

Progeniuit etiam **J**oannam filiaz prestantissimam: que nupsit **B**ernardino **V**elasco castelle **C**omestabili: viro inter **H**ispaniē magnates eque titulis et opibus excellenti: atq; primatu et generositate prestanti: et propterea **F**erdinando regi suo socero charissimo,

Finis.

Antonius Roncionius Reuerendo in christo patri domio Matheo Castillon Sepulchri dominici in Aragonia priori meritissimo: Et octouiro deputato sapientissimo commendationem plurimam.



Errum est illud Ciceronis adagium reuerende pater honos alit artes et omnes incendimur ad studia gloria. Quis est enim quez laus non moueat: plausus nō delectet: non incēdat fama: Preclara profecto nature calcaria ⁊ celestia dona: quibus seu animi seu corporis viribus: cum voluerit possint mortales se tollere humo: victoresq; virū nolitare per ora. Animus quidez: cui celestis origo est: facile diuina meditatur ⁊ agit: corpus vero perpetuas illius societates et summi parentis imaginem habens: osq; ad celum sublime et vultum erectum ad sydera tenens: vt breuem vitam mortale sequatur nomen et in sepulchris viuat: glorie cupiditate inflammatus: paret ingenij imperio: factisq; virtutē extendit: Hac ad celum via ingressi in Asia Babilonij Persarumq; reges: In Grecia Lacedemonij et Atheniēses: Carthaginenses in Africa: In Italia Romani: vendicatisq; in libertatem prouincijs: In Gallia Caroli: Ludouici: Philippi: In Hispania vero feracissima imperatorum terra: Alfonsi: Joannes: Ferdinandi claruere. Et autem partus honorem retinerent ijs artibus clari viri: quibus acquisierant: nomenq; magis illustrarent suum: illorum fame etiam morte crescentis: que perire debebat: inuidentes hostem dedit omniuz natura parens: Tempus: eam solis radijs quibus orbis clarescit vniuersus: veluti inspicientiuz in se oculos obstruas. Cui tamen ne subcumberent: sed victores euaderent mille defendendi: milleq; nocendi artes: Arma: milites: ducesq; adiuuenit: vt nō minorem laudes conseruatores: q̄ auctores ipsi: et si non parem gloria mererentur: quorum poetę et historici facta dictis exequentes palmas obtinent. Nam animuz ⁊ oculos pictura pascit inani pictor: statuarum quoq; et artium gloria fluxa ⁊ fragilis est. Tu ipse pater testis es: qui operum Romanorum spectator fuisti. Quorum non solum reliquię: sed vix nomina remanent: iamq; locorum in quibus ad eternitates conseruandam posita erant. Lis est non parua sola historia stabilis ac firma remansit: qua veluti quodam clypeo aduersus nominis et glorie aduersarium: clarorum nominuz ingentes agentem predas nos protegimur. Nullibi veriores effigies: q̄ in carthis scriptorum calamis exprimuntur: quibus facientium pariter et scribingentium memoria immortalitati consecratur. Quare locent alij statuas: ponant arcus: erigant trophea: colūnas statuunt: edificent theatra: Pyramidum miracula optent. Tu regibus tuis immortalitates librorum monumentis: vt facis paras. Audio enim te simul cum octo viris deputatis Regum Aragonię res gestas: et stirpem ex ordine regiam in historias redigendas Lucio Barineo Siculo viro litteratissimo demandasse. Quod ego piissimuz officium nō possum non ver

hementer nō probare et extollere. Quid enim maius regibus tuis prestare poteras: q̄ eos adhuc viuos a morte conseruare: iam mortuos doctissimi viri studio auspicio tuo et collegarum consilio immortalitate donare? Euiet enim sempiterna illorum apud nos memoria: quorum imagines non in es: non in marmore incise: aut coloribus cito perituris depicte: sed sacratissimarū litterarum figuris descripte erunt: atq; a vetustatis iniuria semper crescentis vindicate. Neq; enim regibus parcat inuidiosa vetustas: quorum cupit triumphos: letatur victoria: gaudet spolijs: et quo clariores sunt tanto eos maiori odio: validioribusq; viribus impugnat: glorie quasi alterius vite alteram mortem optans. Vitam igitur suaz: decus: famam: tibi acceptā ferre poterunt Illustres Aragonuz reges. Quorum fortitudo: liberalitas: prudentia: iusticia: religio nobis quasi per tuas manus legēda: imitanda: atq; in antiquaz virtutē excitatur a tradetur. Quando itaq; opus tam egregium legere: quando tantorum regum veros vultus cognoscere: quādo preclara facinora: et nunq̄ perituras Hispanie laudes et aui Ferdinādi et patris Joannis et Ferdinādi filij diuinas res preconē Lucio Siculo: te procurate audire licebit: cuius auspicijs mauris in Bethica: Parthenopeis in Italia subactis: Gallis in Pyreneis motibus: Ad canusū: ad Lyrin superatis: inclita Hyberia imperiū terris: Animos equauit olipo: qui ve inter cetera pacis bellicq; que huic regno stulit beneficia: Alfonsuz patris magni vt claruz nomen ita celsum animuz reddentem: pariter pietate vel fide egregiuz Hispaniarum delicias genuit: quem deus optimus maximus ex regia prole ad magnuz elegit sacerdotiū: vt ecclesie sue quam sacratissimus Ferdinandus pater bello protegit: amplificat: ornat filium Antistitem: religio christiana propagatorē: libertas ecclesiastica defensorē celestis militie milites imperatores nunq̄ satis laudatus haberent: litterati vero MDecenates: nobiles Appium: plebei Braccum: amici Titum: sapientes Cathonem: inopes Alexandrum: hostes Cesarem: Cesaraugusta parentem et Augustum suuz consequeretur: que nullo tantum vnq; se iactauit alumno. Huius itaq; auos proauosq; et quos fama fortasse obscura recondit: tua priuata atq; magistratus publica cura et diligentia: in ordinem descriptos in lucem edere festina reuerende pater: vt Hispani reges suos iterum recipiant: vniuersus orbis: quos sibi debeat principes eligere discat: illius vero caput Roma Hispanis imperatoribus sepius felicissime recta atq; gubernata: librum teneat: quo imperatorum suoz nepotes et imperij defensores recognoscat. Tu tuiq; college monimētum et pignus erga pietissimos principes pium testantia amorem. Ego vero Alfonsi reuerendissimi et illustrissimi presulis et domini mei progenitorum stemmata: trophea triumphos ac res terra mariq; magnifice gestas imortalesq; quarū meritissimus heres et imitator existit legere latine possim: tibi tuisq; collegis ac tam insigni magistratui cum reliquis litterarū et Aragonij nominis semper victuri studiosis: perpetuo debiturus. Felix vale pater optime: cui me iterum atq; iterum comendo. Cesarauguste quarto Idus Aprilis. AD. D. II.



De morte Raimundi Berengarii principis Arago-
nie et Barcinone comitis. Ubi legitur obiit in burgo San-
dana apud ciuitates Ianuam: quidam scripsit in burgo
sancti Danielis circa ciuitate Serundam. Cuius lectio
mihi quidem videtur probabilior.

